4 Ἀλλὰ γὰρ ὁ ἑταῖρος ἡμῖν Ἀγαθάγγελος τοιαῦτα μὲν ὑπὲρ ὧν σεσιώπηκεν ἀπολελόγηται, τοιαῦτα δὲ ὑπὲρ ὧν φθέγξαιτ' ἂν εἰς τοὐπιὸν τῆς διηγήσεως ἐπηγγέλλετο, τῶν μὲν προτέρων σμικρὰ ἐπαναλαμβάνειν διὰ τὸ ἤδη εἰρῆσθαι τὰ πλείω, τοῖς δ' ἐπιοῦσι τῶν ἀναγκαίων μηδὲν ὑπισχνούμενος παραλείπειν. ἐντυχεῖν μὲν οὖν ἔλεγε καὶ τῶν μερικωτέρων ἐπισκόπων ὅσοι καθ' ἃς αὐτὸς περιῄει κώμας καὶ πόλεις
f. 100 a. ἐτύγχανον ὄντες, ἐντυχεῖν δὲ " μάλιστα δὴ πατριάρχαις αὐτοῖς, Γρηγορίῳ τε δηλαδὴ τῷ Ἀλεξανδρείας καὶ Ἰγνατίῳ Ἀντιοχείας, καὶ τρίτῳ ὃς πρὶν ἢ Λάζαρον τῆτες ἐκεῖσε ἀφῖχθαι, τὸν πατριαρχικὸν Ἱεροσολύμων διεῖπε θρόνον· τὸ γάρ τοί γε ὄνομα ἐλελήθει με τοῦ ἀνδρός. ἐντυχεῖν δ' οὖν ἐν διαφόροις

tione exponere valde veritus sim, ne diversarum rerum conglutinatione tuas aures obtunderem, ubi quam maxime, quodcunque vel minimae molestiae quacunque ex causa efficiens esse posset, id ab omni commemoratione seiungere non potui non in animum inducere. nunc vero quum tibi multo gratius hac ratione, quam illa, res enarrare videri cognoverim, lubenter iam tuum consilium meo anteponam. quid enim aliud mihi nunc praestantius videri potest, quam tales tibi narrationes proponere, quibus nihil mihi facilius, tibi nihil melius est.

Haec igitur posteaquam Agathangelus amicus de iis, quae silentio transisset, ad suam defensionem protulit, de iis quae insequenti narratione relaturus esset, professus est, se pauca tantum ex prioribus recepturum esse propterea quod maiorem partem iam exposuisset, deinde vero nihil, quod necessarium esset, se omissurum promisit. convenisse igitur se dicebat praeter particulares episcopos, quos in singulis vicis urbibusque offendisset, praesertim ipsos patriarchas, Gregorium, patriarcham Alexandriae, Ignatium Antiochiae, tertium eum, qui Hierosolymis patriarchicum solium obtinuit ante Lazarum, qui hoc sine eo venit; nomen autem viri me fugit. convenisse se igitur alium

ἄλλοτ' ἄλλῳ τοῖς τόποις, ἔνθα καὶ τὴν δίαιταν ἕκαστος ἔτυχε τηνικαῦτα ποιούμενος. καὶ τὰ μὲν πρῶτά φησιν ἐπιτωθάζειν ἐκείνους καὶ διαλοιδορεῖσθαί οἱ, καὶ οἷον εἰρωνευομένοις ἐοικέναι καὶ ἀποσειομένοις ὁλοσχερῶς τὴν αὐτοῦ συνδιαίτησιν, ἰδίᾳ μὲν ἕκαστον, ἐπ' ἴσης δ' ὥσπερ ἐκ κοινοῦ συνθήματος ἅπαντας διὰ τὸν τοῦ πατρίου δόγματος ἐντεῦθεν ῥαγέντα κλύδωνα. οὕτως ὀξέως ἐπέδραμεν ἡ φήμη ῥυεῖσα, καθάπερ ἀγρίου πνοή τις ἀνέμου, Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ πᾶσαν εἰπεῖν οἰκουμένην, ὅπου περ ἂν Χριστιανῶν λάχοιεν δῆμοι τὴν οἴκησιν ἔχοντες, τῶν τοῦ Παλαμᾶ παρανόμων καὶ νόθων δογμάτων, καὶ οὕτως, ἀνώνυμος ὢν ὁ ταλαίπωρος πρότερον, διαβόητος ἐπὶ κακίᾳ γέγονεν ὕστερον· ποιεῖν γάρ φησι περιβοήτους οὐ δεξιὰν πρᾶξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κακίαν νικῶσαν πονηρῶν εὐδοκίμησιν. ἐπεὶ δ' ἀναλαμβάνων B ἄνωθεν ἐκεῖνος ἕκαστα διῄει ἑκάστοις ἑκασταχοῦ, τά τε ἄλλα καὶ ὡς τὴν αὐτὴν καὶ αὐτὸς εἴη περιθάλπων γνώμην αὐτοῖς εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ ὡς διὰ τὸν τοιοῦτον ζῆλον φυγὰς τῆς πατρίδος γένοιτο, καὶ ὡς ὁ τοιοῦτος ἐντεῦθεν ἐλαύνων τρόπος ἐς τοὺς ἀήθεις αὐτῷ πλανᾶσθαι δράσειε τόπους, — ἐπεὶ οὖν ταῦτά τε καὶ ἄλλα ἄλλοις ὁμοίως διετέλει λέγων, ὁπόσα κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστα βέβαιον ἅπασιν εὐσεβείας αὐτὸν ἐγνώριζεν ἀθλητήν, ἦν οὐδεὶς οὔθ' ᾧ μὴ τῆς πρὶν αἰφνιδίου σκληρότητος μετέμελεν, οὔθ' ὃς οὐκ ἠσπάζετό τε καὶ

alio loco, ubi suam quisque tunc temporis sedem fixisset. atque primum quidem ait se conviciis et calumniis ab illis exagitatum esse; eos et singulos et cunctos pariter veluti ex composito irridentium se suamque societatem penitus aversantium prae se tulisse speciem propter patrii dogmatis fluctus hic coortos. tam acriter saevae tempestatis instar Aegyptum, Syriam, Ciliciam totumque fero orbem terrarum, ubi Christianorum populi sedes sortiti sunt, pervasit fama spuriorum et illegitimorum Palamae dogmatum, quo factum est, ut miser iste, qui antea obscurus erat, improbitate iam inclytus esse inciperet. „gloriam enim, inquit, non solum dextro atque prudenti facinore acquiri, sed etiam malorum improbitate virtutem superante." quum autem ille rebus altius repetitis singulis singula referret inprimisque iis exponeret, se eandem, quam ipsi, sententiam ferventer pietatis causa amplecti et ob ipsum hoc ardens studium extorrem a patria vivere ac tali sentiendi ratione ductum insueta et insolita loca oberrare — ubi haec atque alia eiusmodi aliis enarravit, quibus universe atque singillatim se omnibus constantem religionis propugnatorem probavit, tum quidem nemo erat, quem non temere antea conceptae acerbitatis poe-

ἀντεφιλοτιμεῖτό οἱ καὶ τὰ πιστὰ τῆς περὶ τὸ σέβας ἀληθοῦς ὁμονοίας περιφανῶς ἀντεδίδου, ὡς τηνικαῦτα καὶ τὸν Ἀντιοχείας ἔγγραφον ἑαυτοῦ προενεγκεῖν τόμον, ὁμολογίαν μὲν τῆς ὀρθοδόξου καὶ κοινῆς ἡμῶν ἔχοντα πίστεως, ἐκτέμνοντα δὲ Παλαμᾶν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὡς νόθα καὶ βέβηλα παρεισάγοντα δόγματα, τόμον ἐκεῖνον δηλαδὴ ὃν ἐν Βυζαντίῳ συνετετάχει παρὼν καὶ ἀκούων καὶ συναγωνιζόμενος Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς γε ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόποις, τὸ ἰσχύειν ἔχουσι τέως ἔκ τε τῆς ἀληθείας ἔκ τε τοῦ μὴ παρεῖναι τὸν ἀντιβαίνοντα Καντακουζηνόν, ὅτε δὴ καὶ πρῶτον ἐπιφυεῖσαν τῷ καθαρῷ ληΐῳ τὴν νόσον ἐκείνην ἐξ αὐτῆς ἔδοξε τέμνειν, ὡς ἔλεγε, βλάστης. τοῦτόν φησιν ἀνελίττειν τε ἐκεῖνον, καὶ ἅμα τὰς ὑπογραφὰς τῆς ὁμοφροσύνης δεικνύειν τῶν ὅσοι τῆς ἐπαρχίας ἐκείνου τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι, καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως λογάδων τὰς γνώμας ἦσαν συγ-
f. 100 b. κείμενοι." τούτοις ὁμόφρονος καὶ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἔλεγε πεπειρᾶσθαι προέδρου σύν γε τοῖς ὑπ' αὐτῷ παντάπασιν ἐπισκόποις, καὶ ἅμα τοῦ τηνικαῦτα τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν διέποντος. καὶ ἁπλῶς ἔφασκεν εἶναι μηδένα ᾧ τὸ ἐπιτιμᾶν Βυζαντίοις τῆς ἐν τοῖς οὕτως ἀκινήτοις εὐκολίας οὐκ ἦν ἀνὰ στόμα. τὸν δ' Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς φυσικῆς ἐθαύμαζε μάλα συνέσεως, βεβηκὸς ἐχούσης τὸ ἐμβριθές, καὶ οὔτε πρὸς ἀωρίαν φιλοτιμίας ῥᾳδίως ἐλαυνόμενον, οὔτε μὴν

niteret, nemo, quin benigne eum exciperet et certatim honoraret ac verae fidei concordiae manifesta pignora daret. tum etiam Antiochiae patriarcha scriptum tomum protulit, qui consensionem orthodoxae et communis nostrae fidei continebat, Palamam vero ut spuria et profana dogmata inducentem ex dei ecclesia eiiciebat — tomum scilicet illum, quem composuerat, quum Byzantii audiret et adiuvaret Ioannem patriarcham eiusque episcopos, qui aliquandiu superiores erant ob veritatis vim, quam defendebant et quod non aderat, qui iis se opponeret, Cantacuzenus, eo nimirum tempore, quo pestem istam in puro agro primum succrescentem cum ipso germine exstirpandam esse decretum est. hoc tomo evoluto eum ait ostendisse etiam subscriptiones unanimitatis omnium illius provinciae episcoporum et presbyterorum atque aliorum lectissimorum virorum, qui in eadem sententia starent. eodem sensu praeditos et Alexandriae praesulem cum omnibus episcopis ei subditis et eum, qui tum Hierosolymorum gubernabat ecclesiam, se expertum esse dixit atque omnino neminem fuisse, cui non reprehensio Byzantinorum, quod in rebus tam immutabilibus tanta levitate essent, in ore semper fuisset. Alexandriae autem praesulem

πρὸς ἰδιωτικὴν ἀφωνίαν ἐξ ἀμαθίας μακρᾶς συστελλόμενον, ἀλλὰ πρακτικαῖς ὁρμαῖς ἐς τὸ πάνυ τι ἐμμελὲς εὐφυῶς πως ἀναρρωννύμενον. τά τ' οὖν ἄλλα τἀνδρὸς ἐθαύμαζε μεμνημένος ἐκείνου, καὶ ὅτι τὸ οἴεσθαι εἰδέναι πολλοῖς καὶ τῶν οὐδὲν αἰσχύντων πρός γε τὸ εἰδέναι γίνεσθαι ἐμποδὼν ἔλεγε, καὶ τοῦτ' εἶναι πάντως ὃ μικρὸν εἶναι δοκοῦν μεγάλα καὶ πόλεις καὶ οἴκους δύναται βλάπτειν, ὡς ἐκ βραχέος σπινθῆρος ἀρχόμενον, οὗ τὸ νεμόμενον οὐκ ἄν ποτε σταίη τῆς ἀεὶ νεωτεριζούσης φλογὸς κινουμένης, ὁπότε τραπέζης ῥαστώνην ἡ τῆς ὕλης δίδωσι πολυτέλεια. ἐντεῦθεν ὅρια ῥιπτοῦνται πατρίων κανόνων, πατοῦνται θεσμά, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν καλῶν ὃ δύναται μένειν ἑστώς, καὶ αὖ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν κακῶν ὃ μὴ δύναται τὴν ἀλήθειαν ἐξορχεῖσθαι. μοναρχία μὲν οὖν οἰήσεως αὐτονομίᾳ στρατηγουμένη καὶ γνώμης ὀρέξεσι δημαγωγουμένη τί μὲν ἂν τῶν ὑγιαινόντων ἐργάσαιτο, τίνος δ' ἀπόσχοιτ' ἂν τῶν ἐρεθιζόντων ἐπὶ τὰ χεῖρω; πολλοῦ μέντ' ἂν δεήσειε σώζεσθαι τὴν πολιτείαν ἐκείνην, καὶ μὴ καθάπερ ἀκυβέρνητον πλοῖον διαποντίοις χειμῶσι πρὸς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἐλαύνεσθαι, τοῦτο δὴ τὸ τῆς Βυζαντίων ἴδιον ἄνωθεν ὡς τὰ πολλὰ πολιτείας. καὶ οὐκ ὀνειδίζω λέγων τὰς τύχας ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι διὰ τοῦτο καὶ πλείους σκοποῦντες ἄνω-

valde admirabatur ob naturalis prudentiae copiam cum gravitate atque constantia coniunctam, ut non facile ad intempestivam ambitionem compelleretur neque vero ad rudem quandam atque incultam taciturnitatem propter magnam inscitiam demiteretur, sed rerum usu firmatus convenientiam quandam admodum decoram prae se ferret. maxime vero, quum huius viri mentionem faceret, hoc dictum eius admirabatur: multis hominibus iisque alioqui non imprudentissimis, quod se scire arbitrarentur, id ipsum, quominus scirent, impedimento esse; hoc quidem leve videri, attamen magna incommoda et urbibus et domibus facessere posse veluti et scintillula exortum, quae incendio usque insolentiore exsuscitato non desineret omnia depascere, simul atque materiae larga copia facile nutrimentum subministraret. „inde, inquit, regulae atque normae a patribus constitutae disiiciuntur, leges proculcantur nihilque est boni atque honesti, quod suo statu manere possit, nihil mali atque improbi quod veritatem insultare nequeat. regnum igitur opinionis licentia gubernatum et arbitrii libidinibus agitatum — quid frugi faciet? qua re abstinebit, quae ad peiora incitare possit? tantum abest, ut talis civitas salva atque incolumis esse possit, ut veluti navis sine gubernatore maris tempestatibus in extrema discrimina praecipitetur. haec vero propria est conditio civitatis Byzantinae inde usque ex superioribus temporibus. neque vero hanc

θεν εὑρίσκομεν ἐκεῖσε, μὴ μόνον τῶν δημοσίων πραγμάτων, ὅτι μὴ πολλῷ γε δήπου μάλιστα τῆς εὐσεβοῦς ἐκκλησίας τὰ ὀλισθήματα. ἣ γὰρ ἐκεῖ τὴν γένεσιν ἴσχει τὰ χείρω, κἀκεῖθεν ὡς ἐπὶ πρανοῦς ἐπιρρέοντα πονηρῶν ἐς τὰ μάλιστα πραγμάτων καὶ τὰς ἄλλας ῥᾳδίως ἐμπίμπλησι πόλεις· ἢ καὶ ἄλλοθέν ποθεν σκιωδῶς ἐπεισκωμάσαντα τὴν πῆξιν αὐτόθι μονιμωτέραν λαμβάνει καὶ δημόσιον τὸν χρωματισμὸν ἀναδείκνυσι τῆς κακίας. διό μοι θαυμάζειν περίεστιν, οὐκ εἴ γέγονέ τι παράλογον, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἐκεῖ τὸ γινόμενόν ἐστι παράλογον. ἡμεῖς δ' ἐνταυθοῖ μήτε περισσὰ τὸ παράπαν ζητοῦντες σοφίζεσθαι κατά γε τὴν περιττὴν καὶ εὔτεχνον ταύτην σοφίαν, μήθ' ἑαυτοὺς τῶν θείων μᾶλλον δικαιοῦν πατρίων
f. 101 a. διαπληκτιζομένους ἐν " διαλέξεσιν ἄμετρα τὸν καινότερον τρόπον, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄνωθέν εὖ γεγραμμένοις ἐμμένοντες δόγμασι, τὰ δὲ σιγηθέντ' ἀναξαίνειν μηδαμῇ μηδαμῶς ἀξιοῦντες μηδ' ἀναλύειν ἀκαίροις πειρᾶσθαι συλλογισμοῖς, ἡμεῖς τε οἱ ποιμαίνειν ἐνθάδε λαχόντες πνευματικῶς τὸν μακρὸν ὁδεύομεν βίον, καὶ τὸ πνευματικὸν ἡμῶν ὁμοίως ἄγομεν ποίμνιον ὑπὸ κυβερνήτῃ τῷ μόνῳ πάντων δημιουργῷ καὶ θεῷ, πολυθεΐας δὲ καὶ ἀθεΐας Παλαμικάς, μᾶλλον δ' ἐνσάρκου οἰκονομίας ἀθέτησιν, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν ἐκκλησίας ἁπάσης καθάπαξ ἀνατροπὴν οὔτ' ἐδεξάμεθα οὔτε μὴν δεξαίμεθ' ἄν ποτε, κἂν

sortem simpliciter reprehensam volo, sed quod etiam eam ob causam, si longius respicimus, non modo publicarum rerum plurimas calamitates reperimus, sed omnium maxima ipsius piae ecclesiae infortunia. aut enim Byzantii mala gignuntur atque inde quasi in pronum effluentia calamitosissimis rebus etiam reliquas facile implent urbes, aut aliunde obscure et adumbratim illata ibi fundamentum firmius nanciscuntur et palam improbitatem quasi vividis coloribus indutam ostendunt. quare mihi mirari subit non si quid ibi rationi inconveniens incidat, sed si non, quidquid geritur, a ratione abhorreat. nos autem hic, qui non supervacaneum quid secundum supervacaneam hanc et artificiosam sapientiam argutari

sed in dogmatis antiquitus bene scriptis permaneamus neque, quae silentio involuta sunt, refricare aut ineptis ratiocinationibus expedire conemur, nos, dico, quibus hic pastorum munus obtigit spiritu aliter longam vitam degimus et gregem nostrum spiritualem eodem modo regimus sub gubernatore, universitatis rerum solo opifice atque deo, polytheismum autem et atheismum Palamae, magis vero extinctionem mysterii incarnationis dei vel quod idem est, totius ecclesiae planam conversionem non probavimus neque un-

ἐχθροὶ μυρίοι μυρίων ἔμπροσθεν ἱστῶσι θανάτων σκεύη καὶ μηχανήματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Παλαμᾶν, καὶ ὅσοι ταὐτὰ φρονοῦσιν αὐτῷ, μετὰ τῶν αὐτοῦ τοιούτων δογμάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς ὅπως ποτ' ἐν θέᾳ κατέστημεν, τῷ αἰωνίῳ παραπέμπομεν ἀναθέματί τε καὶ πυρί. τούτων δ' ἀκριβῆ τὴν παράστασιν ἔχεις τε καὶ ἕξεις αὐτός, διιὼν τὰς ἐνταῦθα πόλεις καὶ χώρας Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας Φοινίκης τε καὶ Συρίας, καὶ ὅσα περὶ ταύτας οἰκοῦσι γένη Χριστιανῶν, ὅπως ἐν μέσῳ τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἐχόντων οἰκοῦντες, καὶ ἀλλοτρίοις δουλεύοντες ὅπλοις, ὅμως τῇ τῶν ὧδε στοιχοῦντες ἐπισκόπων διδασκαλίᾳ τὸ πάτριον σέβας ἀεὶ τοῖς ἱεροῖς νέμουσι δόγμασι. μηκύνοιμεν δ' ἂν εἰ λέγειν ἐθέλοιμεν ἅπαντα ἐφεξῆς ὅσα τε ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐπ' ἐμοῦ διεξῄει, καὶ ὅσα ἄλλοι ἄλλως ἀλλαχῇ καὶ πανταχῇ, τῆς ὁμοίας ἐχόμενα τάξεώς τε καὶ εὐλαβείας.

Ἑξαετίαν δ' οὖν ὅμως ἡμεῖς ἐν ἐκείνοις διατετριφότες τοῖς τόποις, ἔπειτα πλήρεσι τοῖς ἱστίοις ἀναχθέντες ἐκ Κιλικίας δευτεραῖοι ἐς Κύπρον τὴν νῆσον κατήχθημεν, ἔνθα δὴ καὶ πολὺν διατρίβειν ἐγνώκειν ἔγωγε χρόνον διά τε τἄλλα τῶν τῆς νήσου καλῶν καὶ τήν γε ἔννομόν τε καὶ φιλόξενον πολιτείαν, καὶ μάλιστα πάντων διὰ τὴν τοῦ σοφοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς ὁμιλίαν, Γεωργίου φημὶ τοῦ Λαπίθου, ᾧ οὐκ εὐθὺς

quam probabimus, si etiam hostium innumerabilis multitudo quarumlibet mortium instrumenta et machinas nobis protendat, sed et ipsum Palamam et qui cum eo sentiunt cum dogmatis suis, quae nos quoque quando vidimus, aeternae execrationi et igni mandamus." horum verborum accurata documenta invenis atque invenies, si urbes atque regiones Aegypti et Arabiae, Pheniciae et Syriae et quae in iis incolunt gentes Christianorum peragrare velis, quae quamquam habitant inter impios impuroque ore praeditos atque alienis armis subiectae sunt, tamen doctrinam talium episcoporum sequentes reverentiam a patribus traditam nunquam non sanctis attribuunt dogmatis. longum est, omnia enarrare, quae divinus ille vir mecum communicavit et quae alii alias aliter mihi referebant ad eundem ordinem atque pietatem pertinentia.

Sex per annos quum in illis locis fuissemus, ex Cilicia velis passis in altum delati secundo die ad insulam Cyprum appulimus, ubi longum tempus commorari constitueram quum ob alia, quae praebet insula commoda, tum quod rei publicae administratio praeclare legibus temperata est et oppido hospitalis, maxime vero eo consilio, ut Georgii Lapithae, viri illius sapientissimi consuetudine uterer, quem

ἀποβὰς τῆς νεὼς ἐντετυχήκειν αὐθημερόν· οὐ γὰρ πλησίον ἐκεῖ που τὴν οἴκησιν εἶχεν, ἀλλὰ δυοῖν ἡμέραιν τοῦ λιμένος ἀπέχουσαν εἰς ὃν ἡμεῖς τηνικαῦτα ἐσεπεπλεύκειμεν. Ῥοδοῦ μὲν γὰρ ἐκείνης τῆς νήσου μείζων ἐστὶν ἡ Κύπρος, καὶ ἅμα οὐ κατ᾽ ἐκείνην ἀλλ᾽ ἐπιμήκης τὸ σχῆμα· μεταξὺ δ᾽ αὐτῆς ὄρος ἑστήκει, τὴν κορυφὴν ἐς ὕψος ἀνάγον μακρόν. Ὄλυμπος καλεῖται τὸ ὄρος, ἐξ οὗ καὶ πηγαὶ ποταμῶν ἀποβλύζουσι τρεῖς, ὧν ὁ μείζων καλούμενος Λάπιθος κάτεισι τέμνων καὶ περιρρέων τὴν Λευκωσίαν οὑτωσὶ καλουμένην χώραν, καὶ ἀποπτύων τὸ ῥεῖθρον παρὰ τὴν ἐς ἄρκτον βλέπουσαν θάλασσαν. τούτου παρὰ τὰς ὄχθας ἔτυχεν ἔχων ἐκεῖνος τὴν οἴκησιν, διὸ καὶ Λαπίθης ἔκ γε τοῦ ποταμοῦ καὶ αὐτὸς ὅπως ποτὲ παρωνόμασται. γνοίη δ᾽ ἄν τις εὐθὺς κἀκ μόνης τῆς περιφανείας τε καὶ τοῦ μεγέθους τῶν οἰκιῶν καὶ ἐπαύλεων
I. 101 b. τοῦ ἀνδρός, καὶ πρὶν εἰς ὄψιν ἰέναι αὐτοῦ, „ μὴ τῶν ἀγεννῶν εἶναι καὶ τῶν πολλῶν ἕνα, ὅτι μὴ τῶν πάνυ τι λίαν ἐνδόξων καὶ πρώτων τῆς νήσου· γνοίη δ᾽ ἂν μᾶλλον ἐκ τοῦ τρόπου καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βίου σεμνότητος. ἑορταὶ γὰρ καὶ πανηγύρεις ἱεραὶ τὴν οἰκίαν ἐκείνην ἐκόσμουν, καὶ χορηγίαι τῶν δεομένων δαψιλεῖς. τῶν γε μὴν συχνὰ περιαγομένων ἐκεῖ Χριστιανῶν αἰχμαλώτων μεγίστην ἐποιεῖτο προμήθειαν, αὐτός τε παρέχων ἀφθόνως τὰ μείζω καὶ τελεώτερα τῆς τούτων ἐλευθερίας, καὶ ἅμα τοὺς ἄλλους ὀτρύνων διδασκαλίας

quidem e navi egressus non statim eodem die convenire potui. non enim in propinquo habebat sedem, sed duorum dierum iter intererat inter eam atque portum, in quem tum incurrimus. Cyprus enim maior est insula Rhodo neque eadem, qua illa forma, sed oblonga. in media autem insula mons est, qui culmen ad magnam altitudinem effert. Olympus appellatur ex eoque trium fluviorum fontes profluunt, quorum maximus, cui Lapitho nomen est, Leucosiam regionem, quae dicitur, secernit atque circumfluit fluctusque in mare, quod in septemtriones spectat, emittit. ad huius fluminis ripas ille domicilium habuit, quapropter etiam ipse Lapithes ex flumine cognominatus videtur. statim vero quis ex sola specie atque magnitudine aedificiorum atque stabulorum etiam antequam in hominis ipsius adspectum venerit, facile cognoscet eum nequaquam unum esse ex ignobilibus atque plebeiis, sed ex clarissimis atque primoribus insulae. idem magis etiam cognoscet ex vitae eius dignitate atque gravitate. festa enim et sacri conventus atque summa in inopes liberalitas illam domum ornant. Christianorum autem captivorum, qui crebro ibi circumducebantur, maximam habebat curam, quum et ipse largiter maiorem atque melio-

τῶν θείων γραφῶν. ἔργον γὰρ αὐτοῦ σπουδαιότατον μάλιστα πάντων ἱεραῖς ἐκκλησίαις ἀθροιζομένους Χριστιανοὺς διδάσκειν τά τε ἄλλα τῆς εὐσεβείας νόμιμα, καὶ πρός γε φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν δεομένων μεγίστην, ὡς εἶναι δι' ἐκείνων πᾶσαν ἐκείνην τὴν νῆσον ἐλέου καὶ πίστεως στάδιον, καὶ μάλιστα πάντων αἰχμαλώτων ἐλευθερίαν. εἰσί γε μὴν καὶ αἱ τοῦ ῥηγὸς περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ἐπαύλεις καὶ δίαιται, καὶ αἱ τῶν οἴκων ἐκείνου λαμπρότητες πάνυ καλαὶ διὰ τὸ χαριέστερον εἶναι τῆς νήσου τὸ μέρος ἐκεῖνο ἀέρος τε ἕνεκα καὶ ἅμα θέσεως ἄλλης καὶ ῥαθυμίας τῶν τόπων. διὸ κἀκ τοῦ σχεδὸν ἐσεφοίτα θαμὰ παρ' αὐτὸν ὁ Λαπίθης Γεώργιος, καὶ σφόδρα κομιδῇ πολλῆς ἀπέλαυε τῆς ῥηγικῆς αἰδοῦς καὶ τιμῆς διά τε τὴν ἄλλην σεμνότητα, καὶ ἣν ἐκέκτητο μάλιστα πάντων σοφίαν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὐ μετρίως τῆς Λατίνων μετέσχε φιλοσοφίας ὁ ῥήξ, καὶ δι' αὐτό γε τουτὶ πολλοὺς μὲν ἀμφ' αὐτὸν τοὺς Λατίνων εἶχε σοφοὺς ἀεί, ἤρα δὲ μᾶλλον τῆς Γεωργίου μούσης καὶ ὁμιλίας· σοφοὶ γάρ, φησί, τύραννοι σοφῶν συνουσίᾳ. ἔχων οὖν αὐτὸν ἔχειν ἐπέπειστο καὶ σοφίαν κατὰ ταὐτὸν ἑκατέραν, τήν τε Ἑλλήνων φημὶ καὶ Λατίνων· δεξιὸς γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ καθ' ἑκατέραν σοφίαν καὶ γλῶτταν ὁ Γεώργιος ἦν. ταύτῃ τοι καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουσε διαλεγομένου συχνὰ τοῖς Λατίνων σο-

rem partem ad eorum conferret libertatem et alios sacrae scripturae praeceptis adhortaretur. praecipuum enim et maximum studium in eo collocabat, ut Christianos in sacris ecclesiis congregatos quum alias religionis leges doceret, tum maxime moneret, inopibus summopere prospiciendum et providendum esse. quare factum est, ut eius opera tota insula misericordiae atque fidei quasi palaestra pateat ibique maxima sit captivorum libertas. in illis locis sunt etiam regis praedia sedesque atque splendidissimae eius et pulcherrimae aedes, quod illa pars insulae amoeniore gaudet aeris temperie et iucundiore situ. quocirca frequenter ex propinquo ad eum veniebat Georgius Lapithes, qui summa apud eum reverentia atque honore fruebatur quum propter dignitatem tum propter sapientiam, qua omnium maxime praeditus erat. rex etiam ipse philosophia Latinorum haud mediocriter erat imbutus; sed quamquam ea de causa semper plurimos sapientium Latinorum circum se habebat, magis tamen delectabatur Georgii humanitate atque consuetudine. „sapientes enim, inquit, tyranni sapientium commercio.“ eum igitur quum secum haberet, adductus est, ut utramque pariter sapientiam sibi pararet, Graecorum scilicet et Latinorum. Georgius enim peritissimus erat utriusque sapientiae ac linguae. quare audiebat eum rex lubenter coram se saepe disputantem cum sapientibus Latinis, quos

φοῖς ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τοῖς τῶν συλλογισμῶν ἀποδεικτικοῖς βέ-
λεσιν ἐς τὰ κράτιστα βάλλοντός τε καὶ νικῶντος αὐτούς, καὶ
μάλισθ' ὅτε περὶ δογμάτων πατρίων τῆς θρησκείας ἦν ὁ
ἀγών· τηνικαῦτα γὰρ πολὺς κατὰ σφῶν ταῖς τῶν θείων
γραφῶν ἀποδείξεσι ῥέων ἰχθύας ἀφώνους ἄντικρυς ἔφαινεν.
ὥστε καὶ χαλεπαίνειν ἐνίοτ' ἐν τούτοις ὡρμημένον τὸν ῥῆγα
ἔθελγεν αὖθις αὐτὸν τῇ τῶν λόγων σειρῆνι καὶ ταῖς τῆς
ἀληθείας ἀναντιρρήτοις στροφαῖς καὶ περιστροφαῖς. τοιαύ-
ταις δή τισι μεθόδοις τὸ χαλεπαῖνόν τε ἀνέστελλεν ἐμμελῶς
τῆς ῥηγικῆς ἐκείνης ψυχῆς, καὶ τὸ εὔθυμοῦν ἀντεισῆγεν ἐπι-
εικῶς. καὶ ἦν ἁπλῶς εἰπεῖν οὐδεὶς τῶν ἁπάντων ὃς οὐ λο-
γικοῦ παντὸς ἀγῶνος μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῷ τὰ τῆς νίκης πα-
ρεῖχε τρόπαια, οὐθ' ὅς τις οὐ μάλα ἀξύνετος Ἑλληνικῆς μού-
10 σης ἦν, οὐθ' ὅστις Λατινικῆς φιλοσοφίας οὐ μάλα τι ἀδαής.
εἶχόν γε μὴν ἔγωγε τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τὴν φήμην καὶ πρὶν
ἐντεῦθεν ἐκπλεῦσαι, μὴ μόνον ταῖς γραφαῖς ἐντυγχάνων ἐκεί-
νου πολλάκις ὡδί, ἃς ἐκεῖθεν ἐκεῖνος σοί τῶν τε γραμμάτων
καὶ ἅμα τοῦ φιλικοῦ καθήκοντος ἀμειβόμενος ἔπεμπεν, ἀλλὰ
f. 102 a. καὶ ἀκούων ἐπαίνους „ αὐτοῦ γε μακροὺς ἀπὸ στόματος τῶν
ὅσοι ἀφιγμένοι ἐκεῖθεν ὑπῆρχον ἐπὶ τὸ πλεῖστον. καὶ ἦν ἐπὶ
μετρίας ἐμοὶ τὸ ἐκείνου συστελλόμενον θαῦμα. νῦν δ' ἐπειδή
γε ἐς Κύπρον ἀφιγμένος παρ' ἐκείνῳ κατέλυον, διὰ μάλα τι
σφόδρα μακρᾶς τῆς σπουδῆς τὴν ἐμὴν διὰ σὲ τιθεμένῳ ξε-

syllogismorum argumentationibus quasi telis fortissime impetitos superabat praesertim quum certamen de cultu patriorum dogmatum institutum erat; tum enim fluminis instar scripturae sacrae demonstrationibus in eos irruens effecit, ut muti prorsus pisces esse viderentur. regem vero hisce disputationibus interdum in iram compulsum rursus verborum venustate et irrefutabili veritatis flexu atque circumversione demulcebat. tali igitur ratione regis iracundia placide repressa ad tranquillitatem et securitatem animum eius traduxit. neque erat quisquam, ut paucis rem expediam, sive Graecae doctrinae haud imperitus sive philosophiae Latinae omnino non expers erat, quin ei ut in quolibet docto certamine multo adversariis superiore palmam daret. huius viri famam equidem etiam, antequam hinc navigarem, acceperam, quum non solum litteras saepe lectitarem, quibus tuis litteris et officio amicitiae respondebat, sed etiam quum laudes eius summas ex ore eorum audirem, qui inde huc plerumque venerunt. sed admiratio eius modicis mihi circumscripta erat finibus. ubi vero Cyprum profectus apud eum deversarer, cui tua causa hospitii summa erat cura ac diligentia, tum virum accuratius cognovi et expertus sum; famam enim

κίαν, ἔγνων τε καὶ πεπείραμαι τοῦ ἀνδρὸς τελεώτερον, αὐταῖς ἀκοαῖς καὶ αὐταῖς ὄψεσι ζῶσαν εἰπεῖν καὶ ἔμπνουν τὴν φήμην ἐκείνην ἰδὼν καὶ βεβαιωσάμενος ἐμαυτῷ, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας ἐνέχυρα πάνυ παρειληφὼς ἐναργῆ, μονονουχὶ τὴν φήμην ἐλεγχούσης καὶ διαρρήδην ἀποφαινούσης μακρῷ τοῦ δέοντος ἐνδεᾶ. μάλιστα δ' ἁπάντων τὴν γνώμην ἐθαύμαζον ἔγωγε καὶ τὸ τῆς φιλίας τοῦ ἀνδρὸς τῆς πρὸς σέ. οὕτω γὰρ ἐρωτικῶς εἶχε τῶν σῶν συγγραφῶν καὶ βιβλίων ὅσον οὐδ' ἀξίως οἷός τ' ἂν εἴην ἔγωγ' εἰπεῖν. ἀεὶ γὰρ ἐπιὼν αὐτῶν ὁπόσα ζητοῦντι παρέσχεν ὁ χρόνος αὐτῷ, πολλῆς ἀεὶ καὶ τῆς ἡδονῆς ἐνεπίμπλατο, καὶ πολλὴν περιέφαινε τὰ ἤθη τὴν ἔνδον βακχείαν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. ὥσπερ ἔνθους γὰρ ἦν ὑφ' ἡδονῆς γιγνόμενος, καὶ ἐπικροτῶν καθ' ἕκαστα, καὶ οἷον εἰπεῖν ἐπιλανθανόμενος οὗ γῆς εἴη. ἐδόκει γὰρ ἐνίοτε σοί γε προσομιλεῖν καὶ σοί γε συνεῖναι αὐτῷ, καὶ σοῦ γε ἀκούειν, ἅττα ποτ' ἦν ἐκεῖνα, τῇ γλώττῃ διεξιόντος αὐτῇ, καὶ μάλισθ' ὅτ' ἀνὰ χεῖρας ἔχειν ἐπῄει διάλογον ἐκεῖνον ὃν διὰ Βαρλαὰμ ἐποιήσω τὸν Καλαβρόν. καὶ ἦν διὰ μάλα μακρᾶς καὶ οὐχ ἧσσον εἰπεῖν κομιδῇ κατεσπουδασμένης αὐτῷ τῆς φροντίδος μὴ μόνον αὐτόν γε ἐφ' ἑαυτοῦ θαυμάζειν τὰ σά, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενον ἀεὶ τοῖς Λατίνοις ἀνὰ στόμα τἀγκώμια διὰ θαύματος ἄγειν τὰ σά, ἐπί τε δὴ ῥηγὸς αὐτοῦ, καὶ ὅπῃ ἂν ἄλλοθι τύχοι τὰς ἄλλοτ' ἄλλως παραπιπτούσας ὁμιλίας καὶ

illam veluti auribus oculisque ipsis viventem spirantemque videbam mihique firmiter repraesentabam evidentissima adeptus veritatis pignora, quae tantum non famam coargueret eamque longe a vero abesse ostenderet. maxime autem admirabar viri sensum et sinceram adversus te amicitiam. tanto enim amore tuas historias atque libros amplectebatur, ut equidem non satis digne dicere possim. lectitans enim, quaecunque cupienti ei tempus offerebat, magna semper voluptate implebatur externusque eius habitus vehementissimam animi internam concitationem declarabat; quasi divinitus voluptate afflatus ad singula plaudebat et oblitum eum esse diceres, ubinam gentium esset. videbatur enim sibi nonnunquam tecum conversari tibique ipsi adesse et te ipsa lingua percurrentem audire, quidquid id erat praesertim, quum in manus illum dialogum sumeret, quem propter Barlaamum Calabrum fecisti. maxime vero studuit et fere consulto impensissimam operam dedit, ut non modo solus tua scripta admiraretur, sed etiam in disputationibus cum Latinis institutis tuas laudes semper cum maxima admiratione in ore haberet, sive coram rege sive alibi subinde alia commercia et colloquia inciderent, quo factum est, ut omnes paene

διαλέξεις ποιούμενος. ὥστε καὶ Κύπρον μικροῦ πᾶσαν εἰς
11 ὕμνον τὸν σὸν ἀνηρτήσατο καὶ κήρυκας πέπραχε σούς, πρὶν ἐκείνους ἰδεῖν τι τῶν σῶν. οὕτω γε μὴν καὶ τῆς γε σῆς ἐπεθύμει θέας καὶ ὁμιλίας τυχεῖν, καὶ οὕτω τῶν τοιούτων ὅλος ἐγίγνετο λογισμῶν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ὥστε καὶ ηὔχετο μὴ πρότερον μήτ' ἐκεῖνον μήτε σὲ θανεῖν πρὶν ἐς Βυζάντιον ἐκεῖνον ἀφῖχθαι, πάλαι τοῦτο βουληθέντα καὶ μελετήσαντα, μόνης ἕνεκα θέας καὶ ὁμιλίας τῆς σῆς. οὕτως ἀποίητα ἦν καὶ εἰλικρινῆ τὸ παράπαν ἀεὶ τὰ ἐκείνου πρὸς σέ, καὶ οὐδὲν οὐδαμῇ πεπλασμένον ἦθος ἐνεκεκάλυπτο τοῖς ἐκείνου γράμμασι πώποτε, ὅσα σοι τῶν σῶν μακρῶν ἐκείνων ἐγκωμίων ἀεὶ διετέλει πέμπων μεστά. ἐκόμισε δέ μοι καὶ ὅσα τῆς ἀστρονομικῆς ἐπιστήμης αὐτῷ ἐπεπόμφεις αὐτὸς κατὰ διαφόρους ἄλλοτ' ἄλλους τοὺς χρόνους, καὶ ἦν δι' ἐκπλήξεως ἄγων ὅπως ἐκείνου χάριν πόνων τοὺς πλείους καὶ μάλιστα δυσχερεῖς τῶν τοιούτων ὑποθέσεων ἐν ὀλίγαις συνέκλεισε συλλαβαῖς. καὶ μὲν δὴ οὐδὲ τὴν Πτολεμαίου ἀποτελεσματικὴν τετράβιβλον περὶ ἐλάσσονος ἐποιεῖτο σπουδῆς ἐκεῖνος, ἀλλὰ ταύτην τε καὶ ὅσα περὶ τῶν ὁμοίων τοῖς Πτολεμαίου παλαιοτέροις ἅμα καὶ νεωτέροις ἔτι περίεστι γεγραμμένα, καὶ ὅσα πάλαι Χαλδαίοις καὶ Πέρσαις πεποίηται, πάνυ τι πάντα φιλοπονώτερον μετῄει. καὶ ὁπόσα
f. 102 b. μὲν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα τοῖς εὐσεβέσι νόμοις καὶ ὑπερόριον τείνει πόδα, ταῦτα δ' ἀπεσείετό τε καὶ διέπτυεν ὡς ἄχρηστα

Cyprios ad tuam gloriam converteret tuique laudatores efficeret, priusquam tuorum quidquam viderent. tam vehementer vero cupiebat sibi contingere, ut te videret tecumque conversaretur et ita totus in talibus cogitationibus noctu et die erat, ut precaretur, ne prius aut tu morereris aut ipse decederet e vita, quam Byzantium venisset id quod iam diu voluisset et deliberasset nulla alia de causa, quam ut tuo adspectu et consuetudine frui posset. tam simplex erat tamque omni ex parte sincerus semper eius animus adversus te neque quidquam ficti aut fucati unquam in illis litteris delitescebat, quas laudationum tui longarum plenas perpetuo tibi misit. apportabat mihi etiam scripta, quae de astronomia ei diversis temporibus miseras, qua in re miratione fere perculsus eram, quomodo laboriosissimas et difficillimas astronomicarum quaestionum paucis comprehendit syllabis. neque vero Ptolemaei apotelesmaticam tetrabiblon neglexit: sed non solum eam studiosissime lectitabat, sed etiam omnes libros de simili argumento, qui a scriptoribus Ptolemaeo antiquioribus vel recentioribus compositi adhuc exstant vel a veteribus Chaldaeis et Persis conscripti sunt. sed quaecunque fines sanctis legibus constitutos excedunt atque metam

τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν· ὅσα δ' εἰς τοὺς δημιουργικοὺς τῶν ὄντων ὑγιῶς ἐπορεύετο λόγους, ταῦτα δ' ἀσμένως παντάπασι μάλα προσίετο. κἀκεῖνα δὲ τοῦ μὴ κλονεῖσθαι ἕνεκα τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα κομψοῖς τῶν ἐκεῖ Λατίνων, ξύν γε αὐτῷ ῥηγί, οὐκ ἐρραθυμημένην τινὰ τὴν σπουδὴν τῷ τοιῷδε διδόντων μέρει τῆς τέχνης, ἅτε ἀγχοῦ [τῶν Αἰγυπτίων Ἀράβων ὄντων, καὶ συχνὰ καὶ διαπόντιον ἐς τὸν ῥῆγα τὴν ἄφιξιν ποιουμένων λογικῆς τε ὁμιλίας ἕνεκα καὶ ἅμα φιλοτιμίας, μακρὸν ἐπισυρομένης τὸ ἐπιδεικτικὸν Ἀράβων ἐκείνων, ὧν τὸν ἅπαντα βίον ἀπασχολεῖ, εἴ τί που τῆς πάλαι Χαλδαϊκῆς ἐπιστήμης ἐλλέλειπται σωζόμενον ἔτι σημεῖον. ἔφασκον γὰρ ὡς ἐπεὶ τὰ ὑπὸ γένεσιν πάντα καὶ φθίσιν τῇ τῶν οὐρανίων ποιότητι καὶ κινήσει πάσχειν τε καὶ εἰδοποιεῖσθαι πρὸς τοῦ δημιουργήσαντος ὥριστο, καὶ τοῖς ἐκείνων συσχηματισμοῖς τε καὶ ταῖς πρὸς τἀπίγεια συνοικειώσεσι τὸ ῥέον τῆς ὑλικῆς ποιότητος οἷον νομοθετεῖταί τε καὶ ῥυθμίζεται, ἀνάγκη μὴ θάτερον μὲν εἰδέναι περὶ παντὸς ποιεῖσθαι, θάτερον δ' οὔ. ἢ γὰρ ἂν χωλὸν βαδίσειε τρίβον τῆς ἐπιστήμης ὅς ἂν μήτε τῷ θεωρητικῷ συνάπτειν ἐθέλῃ τὸ πρακτικὸν μήτ' αὖ θατέρῳ θάτερον. τῆς γάρ τοι φιλοσοφίας ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις εἴδεσι θεωρουμένης, σχολῇ γ' ἂν τοὺς λόγους γνοίη τῶν ὄντων, πολλοῦ δ' ἂν δεῖν κατὰ τὸ ἐντελὲς κληθῆναι σοφόν, ᾧ μὴ

praefixam egrediuntur, ea aversabatur et abominabatur ut pie vivere volentibus insalubria; quaecunque contra ad rerum rationes atque causas sobrie atque moderate indagandas pertinent, ea lubentissime admisit eo quidem consilio, ne conturbaretur argutiis Latinorum, qui ibi incolunt, et regis ipsius, qui in hac doctrinae parte non levem quandam atque mediocrem operam insumunt, quippe quum Aegyptii Arabes ex propinquo crebro ad regem per mare proficiscantur doctae disputationis et ambitionis causa, non sine magna illa ostentatione Arabum, qui totam vitam in eo ponunt studium, ut indagent, si quod veteris Chaldaicae doctrinae adhuc vestigium servetur. dicebant enim, quum ab opifice definitum esset, ut omnia, quae oriuntur et intereunt, coelestium siderum qualitate et motu efficerentur et formarentur atque eorum collocationibus ac rationibus, quae iis cum rebus terrestribus intercederent, flumen materiae quasi legibus regeretur et modulate ordinaretur, nequaquam nobis studendum esse, ut altero neglecto alterum tantum cognosceremus. caecam enim quandam doctrinae viam ingredi, qui nec cum speculatione praxin coniungere vellet neque cum altero alterum. quum enim in duobus hisce generibus philosophiae contemplatio versaretur, eum haud sane rerum rationes cogniturum et multum abesse, ut perfectus sapiens appellari posset, qui non

ἄμφω καθ' ὁπόσα δεῖ μετιέναι ἔπεισι τὰ τῆς φιλοσοφίας μυστήρια.

12 Ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις. ἐμοὶ δ' ὡς τὰ πολλὰ σχολὴν ἄγων, ἢ καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον ἐκεῖνος πρᾶγμα ποιούμενος θεραπεύειν ἐμὲ διὰ σέ, ἐδείκνυ περιιὼν καὶ περιηγούμενος ὁπόσα τῇ νήσῳ περίεστιν ἄξια θέας, τά τε ἄλλα καὶ ὅσα ἐν θεάτροις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν δικαστηρίοις, τὸ ἐν νομίσμασι καὶ χαράγμασι τὸν ἅπαντα χρόνον ὡσαύτως ἔχον καὶ μηδαμῇ μηδ' ὁπωσοῦν τρεπόμενον, καὶ ὅπως ἐν σταθμοῖς καὶ μέτροις πλάστιγξιν εἴη διδόμενά τε καὶ λαμβανόμενα εἴδη καθάπαξ ὠνίων ἅπαντα, οὐχ ὡς τῶν πιπρασκόντων ἕκαστος βούλοιτ' ἄν, ἀλλ' ὡς τὰ τῆς πολιτείας ἀρχαῖα κελεύουσι δόγματα, οὐδ' ὡς τῆς τῶν εὐτυχεστέρων πλεονεξίας τὸ λίχνον παρακερδαίνειν ἐθέλει, ἀλλ' ὡς οἱ σωτῆρες τῆς ἄνωθεν εὐταξίας προστάττουσι νόμοι τὸν ἅπαντα χρόνον. οὐδ' ὁ πλούτῳ προύχων, οὐδ' ᾧ καθ' ἡλικίαν προβεβηκέναι ξυνέβη, τὸ πλέον ἕξειν ἐν τούτοις οἷός τ' ἂν εἴη ἐκεῖ τῶν ἡσσόνων κατ' ἄμφω. ταχὺ μέντ' ἂν ἀφαιρεθείη, εἰ μὴ τῆς κεφαλῆς, ἀλλ' οὖν ὁπόσα τῶν τοῦ σώματος μελῶν κατὰ τὸ τοῦ ἁμαρτηθέντος ἀνάλογον οἱ νόμοι τῆς πολιτείας κελεύουσιν, ὅστις αὐτοὺς καπηλεύειν ὁπωσοῦν τολμῴη. καὶ τοῦτ' ἐστίν, ἔλεγεν ἐκεῖνος ἐμοὶ βεβαιῶν, ὃ σωζόμενον μὲν συνίστησι καὶ συνέχει πολι-

utraque philosophiae mysteria, quantum opus esset, perscrutari in animum induceret.

Sed haec hactenus. ille vero, quum plurimum otium ageret vel occupatione ipsa praestantius duceret tua causa me colere atque curare, mecum circumiit insulam, ostenditque quae visenda erant quum aliis locis, tum in theatris foris iudiciis. monstravit porro mihi, ut numismatum et monetarum ratio per omne aevum eadem maneret neque unquam ne minimum quidem mutaretur; ut in ponderibus atque mensuris omnia rerum venalium genera darentur atque acciperentur non pro venditorum uniuscuiusque voluntate, sed secundum vetusta civitatis instituta, non prout divitiorum avaritia et aviditas plus iusto lucrari vellet, sed prout leges, disciplinae a maioribus bene descriptae custodes, per omne tempus iuberent. neque divitiis excellens neque aetatis robore praeditus ibi eos, qui inferiores utroque genere sint, facile opprimere atque circumvenire possit; nam qui leges civitatis vel minime migrare audeat, is statim si non capite, attamen iis membris corporis multatur quae pro ratione delicti leges iubent. „haec ratio, inquit ille, crede mihi, si servatur, coniungit atque continet civitates et urbes, terras et insulas privatim atque publice; sin autem evertitur, acri impetu etiam

τείας καὶ πόλεις καὶ ἠπείρους „ καὶ νήσους καὶ ἰδίᾳ καὶ δη- f. 103 a.
μοσίᾳ, ἀνατρεπόμενον δ' αὖ ὀξείαις συνανατρέπει ῥοπαῖς τά
τε κοινὰ καὶ καθ' ἕκαστα τῶν πραγμάτων ὅσα πόλεσί τε καὶ
πολιτείαις ἐγκαλινδεῖται παρανομούμενα, μηδαμῇ τοῖς παρανό-
μοις συνεῖναι φύσιν ἐχούσης τῆς ἑδραίας διαμονῆς καὶ κρηπῖ-
δος, ἀλλ' ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ ῥᾷστα σαλευομένης καὶ διαλυο-
μένης ἁπάσης προνοίας συνδετικῆς, ὥσπερ ἁρμονίας ῥηγνυμένων
τῶν χορδῶν. τῆς γὰρ καθόλου πολιτείας ὑγιαινούσης, ἀνάγκη
δήπου καὶ τὰ μέρη καλῶς ἀπαλλάττειν συνεξομοιούμενα τῷ
ὅλῳ, καθάπερ οὖν τοὐναντίον νοσούσης καὶ αὐτὰ συννοσεῖν,
ὡς εἰς ἀρχέτυπον τὴν μίμησιν ἀναφέροντα καὶ μάρτυρα βε-
βαιωτὴν τῆς κακίας προενηνεγμένα τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν καὶ
κατάστασιν. δίκαιος τοίνυν ὁ κύριος ὤν, καὶ δικαιοσύνας ὡς 13
τὸ εἰκὸς ἀγαπῶν, ὑψοῖ μᾶλλον ἔθνη ἃ μὴ νόμον μὲν ἔχει,
φύσει δὲ τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, μισεῖ
δὲ οἳ ζῆν μὲν ᾕρηνταί τε καὶ ἐπηγγείλαντο κατὰ τοὺς τῆς εὐσε-
βείας θεσμοὺς καὶ νόμους, ἔργοις δ' αὐτοῖς καταψευδομένους
τῶν ἐπαγγελιῶν καὶ ἀποσειομένους πάντα δικαιοσύνης κανόνα
καὶ στάθμην. ὁ γὰρ δικαιοσύνην μὲν ἀποστρεφόμενος, ἀδικίας
δ' ἀνθαιρούμενος κλήρους, καὶ μήτε τοὺς θείους αἰδούμενος
νόμους, περιφρονῶν δ' ἀνθρώπινον ἅπασαν τύχην, ουτος
ἀφώρισε μὲν ἑκών γε εἶναι θεοῦ τοῦ τῆς δίκης ἔχοντος τοὺς

res universas et singulas evertit, quae illegitimae in civitatibus et urbibus versantur, quum nullo pacto rebus, quae legi repugnant, firmum atque stabile fundamentum subesse possit, sed brevi tempore omnis providentia, quae rempublicam contineat, iis exagitetur et dissolvatur harmoniae instar, quum chordae dirumpuntur. ut enim, si totum civitatis corpus sanum est, etiam membra cum eo concordantia bene sese habere necesse est, sic contra, ubi illud aegrotat, etiam haec non possunt non aegre affecta esse, quippe quae id tanquam primum quoddam exemplar imitentur atque civitatis gubernationem ac statum ut vitiositatis testem locupletissimum proferant. dominus autem, qui iustus est et, ut consentaneum, iustitiam amat, ad maiorem felicitatem evehit gentiles, qui, ut ait sanctus apostolus, quamquam nullam habent legem, tamen natura duce eius praeceptis obsequuntur, odit vero eos qui quidem in se susceperunt atque professi sunt se secundum religionis instituta legesque esse victuros, actionibus tamen promissa eludunt et omnes iustitiae normas ac regulas abiiciunt. qui enim iustitiam aversatus iniustitiae amplectitur sortes et legibus divinis spretis humanam quamlibet fortunam circumspicit, is manifesto se disiunxit sua sponte a deo iustitiae solium tenente, atque cum diabolo contraxit familiaritatem. qua de causa in illa terra, ubi talia seruntur mala,

θρόνους σαφῶς ἑαυτόν, συνῳκείωσε δ' ἅμα τῷ διαβόλῳ. διὸ καὶ πλεονεκτεῖ μὲν κατὰ τῆς χώρας ἐκείνης τὰ χείρω, ᾗ τὰ τοιάδε γεωργεῖται κακά, μειονεκτεῖ δ' ἑπομένως τὰ κρείττω· καὶ γίνεται παντελὴς ἐκεῖ καλῶν ἐρημία, καὶ κατορχεῖται λοιπὸν καὶ ὁ διάβολος ἄρδην αὐτῆς εὐσεβείας, πρὸς ἄρνησιν τοὺς αὐτῷ πειθομένους συχνὰ ἐρεθίζων. οἷα δὴ κἀκὶ τὴν Βυζαντίων γενέσθαι ξυμπέπτωκε πολιτείαν· μισήσασα γὰρ ἀλήθειαν ἐκείνη καὶ πολιτικῆς ἀρχῆς δικαιοσύνην, οἰκειωσαμένη δ' ἀδικίαν καὶ ψεῦδος, ὅλαις παλάμαις τὰς ἑαυτῆς πρὸς ἀσέβειαν ἀνεπέτασε πύλας. κἀπειδὴ τῷ διαβόλῳ σώματος ἐπὶ τούτοις ἔδει καὶ ὀργάνου μάλα αὐτῷ προσήκοντος νῦν, εὑρίσκει Παλαμᾶν, ἀνδράριον, ὡς ἀκήκοα μέν, ἐντελέστερον δ' ἐκ τῆς αὐτοῦ μεμαθήκειν γραφῆς, εὐτελὲς μὲν ἄλλως καὶ πλὴν τοῦ κενοδοξεῖν καὶ δι' αὐτό γέ τοι τοῦτο κακοδοξεῖν πλέον εἰδὸς οὐδὲν ὑγιές· καὶ τούτῳ συμμαχεῖν πεπεικὼς τοὺς ἐν ἐξουσίᾳ, πάντα συλλήβδην εἰπεῖν, ὁπόσα κατ' ἄλλους ἄλλα καιροὺς ταῖς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις βέβηλά τε καὶ νόθα παρεισεφθάρη δόγματα, πρὸς ἕνα τουτονὶ συνήλασε χρόνον, καὶ πολύχουν κομιδῇ τὸ πονηρὸν ἐσκέδασε κατὰ τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ τὸ γεώργιον. οὐ γὰρ πολυθεΐαν μόνον ἐδίδαξεν ὁ ταλαίπωρος, ἀλλὰ καὶ ἀθεΐαν προστέθεικεν, ἀρειανισμὸν θ' ἅμα καὶ εἰκονομαχίαν καὶ καθάπαξ ἄρνησιν οἰκονομίας ἐνσάρκου τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ. καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν, ἐξὸν ἐκ

pessimae artes praevalent, virtutes vero necessario inferiorem tenent locum; ibi existit omnium bonorum vastitas; ibi denique diabolus in ipsam religionem impudentissime insultat, quam ut denegent et tollant suos asseclas acriter instigat. tale quid etiam Byzantiorum rei publicae accidit. odio enim in veritatem et imperii iustitiam concepto, iniustitia vero et mendaciis adscitis omni virium contentione impietati fores reclusit. qua in re quum diabolo corpore quodam et instrumento sibi plane conveniente opus esset, reperit nunc Palamam, homunculum, ut audivi quidem (accuratius autem ex scripto ipsius eum cognovi), vilissimum neque quidquam amplius scientem nisi quomodo vanam gloriam captaret et ob id ipsum pravas opiniones fingeret. cui quum socios adiunxisset principes, dogmata, ut paucis comprehendam, profana atque adulterata, quaecunque aliis alia temporibus in dei ecclesias perniciose obrepserunt, hocce tempore cuncta coegit et Christi ecclesiae uberrimam et oppido variam improbitatis frugem adspersit. nam miser iste non solum polytheismum docuit, sed etiam atheismum addidit simulque Arianismum et Iconomachiam, infitiationem denique incarnationis filii verbique dei. sed quid attinet singula perse-

τῶν ἱερῶν βίβλων τῶν θείων πατέρων ἐλέγχειν κατ' ἴχνος ἐπιόντας ἅπαντα;

Καὶ μὲν δὴ τοιαῦτ' ἐπ' ἐμοῦ συνείροντος τοῦ σοφοῦ 14
καὶ θεοφιλοῦς " ἐκείνου ἀνδρός, καὶ βίβλους δ' ἐνίοτε προ- f. 103 b.
κομίζοντος ἃς τε αὐτὸς φιλοπόνως ἐκ πάσης ἐρανισάμενος θείας γραφῆς ὅπλα τοῖς ἐκεῖ καλῶς εὐσεβεῖν αἱρουμένοις χαρίζεται, καὶ ἃς ἕτεροι τῶν ἐκεῖ προσοικούντων ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὀρθοδόξων ἐκδεδώκασι, ταῖς τοῦ Παλαμᾶ κακοδοξίαις περιφανῶς ἀντιλέγοντες, λόγος ἐς τὰς τῶν Κυπρίων ἐμπέπτωκεν ἀκοὰς ὡς λάθοι νύκτωρ παρεισελθὼν ἐς Βυζάντιον ὁ βασιλεὺς Κανταχουζηνός, καὶ τὴν αὐτοκράτορος ἕλοι βασιλείαν συνεργίαις καὶ δολεραῖς τοῦ Παλαμᾶ προκαταστάσεσιν, ὅρκους φρικώδεις ἐχέγγυα πρότερον αὐτῷ παρασχόμενος, βεβαιοῦν καὶ κυροῦν τὴν αὐτοῦ πολυθεΐαν καὶ ὅσα τῶν βεβήλων αὐτοῦ καινοφωνιῶν εἰσεῤῥύη κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, εἰς θεὸν ὀμωμοκὼς ὃν ἐξόμνυσθαι ἐπηγγέλλετο. τοῦτο σφοδρῶς τὸν σοφὸν ἐκεῖνον ἠνίασεν ἄνδρα, Γεώργιον τὸν Λαπίθην, οὐχ ὅτι τὴν βασιλείαν ἕλοι Κανταχουζηνός, ἀλλ' ὅτι τοιούτοις ὅρκοις προκατείληπτο, δέσμιος ταῖς τοῦ Παλαμᾶ γεγονὼς δυσσεβείαις. ὅθεν τὰς γενναίας ἐκείνας ἐλπίδας οὑτωσὶ ζημιούμενος αἳ τὸ ἡδόμενον ἔβοσκον ἐκ πολλοῦ τῆς ψυχῆς, ἤσχαλλεν, ἐδυσφόρει, θόρυβον εἶχε καὶ σάλον παντοδαπὸν ἐν ψυχῇ. ἤλπιζε γὰρ συνεκπλεύσειν ἐκεῖ-

qui, quum omnia ex sacris scripturis patrum sanctorum per singula vestigia confutare liceat?

Dum talia mihi refert vir ille sapientissimus deoque carissimus, nec non interdum libros apportat, quum quos ipse multo cum studio ex tota scriptura sacra collegit et pro armis piis hominibus, qui illic incolunt, suppeditavit, tum quos alii clari atque orthodoxi insulae viri pravis Palamae opinionibus manifesto oblocuti ediderunt, rumor perfertur ad Cyprios, Cantacuzenum imperatorem noctu clam Byzantium ingressum occupasse principatum auxiliis et fallacibus praeparationibus Palamae, cui antea horribilis iurisiurandi pignore sese obstrinxisset, vel quod idem est per deum iurasset, quem eiurare profitebatur, se confirmaturum esse atque sanciturum polytheismum omnesque eius profanas atque irreligiosas novitates, quae in dei ecclesiam intrusae essent. hoc Georgio Lapithae, sapientissimo viro, magnam iniecit tristitiam, non quod Cantacuzenus principatum occupasset, sed quod tali iureiurando Palamae impietati addictus teneretur. quare a praeclara illa spe deiectus, quae diu iam mentis laetitiam alebat, aegre tulit indignationem, animo turbis agitato marisque instar aestuante. sperabat enim

θεν ἐπανιόντι μοι μέχρι καὶ ἐς Βυζάντιον τῆς σῆς ἕνεκα θέας καὶ ὁμιλίας, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, δι' ἔρωτα σοφίας μείζονος, ἴσως δὲ καὶ ἄλλης πρὸς τούτοις χρείας καὶ θέας ὁπόσα τὴν Βυζαντίων κεκτῆσθαι πόλιν συμβαίνει τῶν ἄλλων ἐξαίρετα. νῦν δ' ἐν ἀκαρεῖ τἀναντία νικῶντα θεώμενος περιαλγὴς ἦν, καὶ ἐδάκρυε μὲν τὴν εὐσέβειαν ἐς οὕτω περιφανῶς συνελαθεῖσαν ἐκριπισθέντα κίνδυνον τρόποις τοῦ θεοῦ συγχωρήσαντος ἀπορρήτοις, ἐδάκρυε δ' ἄλλως καὶ τὸν σὸν ὑφορώμενος θάνατον, τὸ τοῦ σοῦ κατὰ θεὸν ζήλου διάπυρον ἐννοῶν, καὶ ὅσην τὴν ἔνστασιν ὑπὲρ τῶν πατρίων ἐνδείκνυσθαι μέλλεις δογμάτων ἄχρι θανάτου.

Καὶ τί δεῖ πάντα διεξιέναι καθ' ἕκαστα, ὅσα τῆς νήσου δυοῖν οὐχ ἧττον ἐτῶν τεθεάμεθα, ὁπόσα πόλεσί τε καὶ λιμέσι καὶ ὅσα δὴ ταῖς ἄλλαις πρόσεστι χώραις ἐκεῖ τὰ χρήσιμα, τῶν ἔμπροσθεν ἀνθελκόντων ἡμᾶς οὐ μικρῶν ὑπαρχόντων. διὸ τούτων ἀποσχόμενος ἐπανόδου μεμνήσομαι.

15 Ἄρτι τοίνυν τοῦ ἡλίου περὶ τροπὰς γενομένου τὰς θερινάς, ἐπειδή γε ἀπαίρειν ἔμελλον, ἄχρι λιμένος ἐκεῖνός με προὔπεμπεν ὁ καλὸς Γεώργιος, δακρύων τε καὶ μέσην εἰπεῖν τεμνόμενος τὴν καρδίαν τῷ ἐμῷ χωρισμῷ, ὥστε καὶ τῆς ἡμᾶς ἀγούσης ὁλκάδος, ἐπειδή γε ἀνεπέτασε τὰ ἱστία, οὔρια ἐφισείσης ἐπὶ τὸ πέλαγος, θεώμενος ἵστατο μέχρι πολλοῦ με,

mecum se navigaturum inde abeunte usque Byzantium, ut te adspiceret tuaque consuetudine uteretur, ut supra iam diximus, maioris sapientiae cupiditate ductus, fortasse etiam ut praeterea alia quaedam negotia curaret et res illustres atque egregias inviseret, quas prae ceteris Byzantiorum urbs possidet. tum vero brevi tempore prorsus contra res cecidisse videns, magno dolore cruciatus illacrimabat religioni in periculum compulsae manifesto arcanis dei id admittentis rationibus conflatum. illacrimabat etiam morti tuae, quam suspicabatur, quum cogitaret quam ardens erga deum studium quamque pugnacem contentionem pro patriis dogmatis usque ad mortem exhibiturus esses.

Sed quid attinet omnia singulatim referre, quae in illa insula non minus duobus annis viderimus, quae commoda suppetunt urbibus portubus aliisque locis, quum haud pauca ad enarrandum restent nosque protrahant? quare hisce rebus missis profectionis mentionem faciam.

Statim igitur post solstitium aestivum quum profectionem pararem, optimus Georgius lacrimans et medio animo, ut ita dicam, ob meum discessum fissus usque ad portum me prosequebatur, ubi, quum navigium nostrum velis passis secunda tempestate in altum provolaret, diu stabat oculis me insequens multasque lacrimas profundens,

πολλὰ καταχέων τὰ δάκρυα, ἕως ἀπεκρύψαμεν ἐκείνην τὴν γῆν, τῆς ὄψεως ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐνδιδούσης ἐν τοῖς μακροῖς διαστήμασιν. εὐπλοίας δ' ἡμῖν γενομένης ἐναταῖοι ἐς Κρήτην ἀφίγμεθα, νῆσον πολυανθρωποτάτην καὶ μείζω μὲν πολλῷ τῆς Κύπρου, ἐπιμήκη δ' ὁμοίως ἐκείνῃ καὶ ταύτην ὑπάρχουσαν, ὡς εἶναι μῆκος μὲν σταδίων " αὐτὴν οὐχ f. 104 a. ἧττον ὀκτακοσίων ἅμα καὶ δισχιλίων, πλάτος δὲ πολλῷ τοῦ ἡμίσεος ἧττω. ἔχων δ' ἐκ πολλοῦ διὰ μακρᾶς τῆς ἐφέσεως ἔγωγε τὸν ἐν Κρήτῃ λαβύρινθον θεάσασθαι, ἐπειδὴ πολὺ τοῦ λιμένος οὗ καθωρμίσθημεν ἀφεστήκοι, ἔδοξέ μοι καιρὸν ἔχοντι νῦν ἀποβάντι θεάσασθαι καὶ αὐτόν, Κνωσσοῦ μεσογείου πόλεως ἔγγιστα ὄντα. ἔστι δ' ὁ λαβύρινθος σπήλαιον πολυχωρητότατον τεχνητόν. ἐπεὶ γὰρ ἔτυχε λίθος οὐ πάνυ σκληρὸς τὴν οὐσίαν ὑπάρχων ὁ τόπος, ἔδωκε πολλὴν τὴν ῥᾳστώνην λαξεύειν ἐφ' ὁπόσον ἄν τις ἐθέλοι. διὸ καὶ θύραν μίαν ὁ τεχνίτης ἀνοίξας, ἔπειτα λαξεύων, προήει μέχρι πολλοῦ κατὰ τὸ ἴσον εὐρύνων ἅμα τά τ' εὐώνυμα καὶ δεξιὰ πλευρά, ἠφίει 16 δ' ἐν μέσῳ κατὰ συχνὰ διαστήματα στύλους ξεστούς, ἀνέχοντας τὴν ἐπὶ τὸν ὄροφον γῆν, μερίζων δ' ἐποίει διαφόρους οἰκίας καὶ προαύλια καὶ κρήνας. δέδεικται δέ μοι πρὸς τῶν ἐγχωρίων, λαμπάδας φωτὸς ἐν χερσὶν ἐχόντων πολλάς. Μίνω τοίνυν φασὶν ἐκεῖνον τὸν πάλαι τῆς Κρήτης ἄρξαντα, ὥς γε οἶσθα, πλείστην κτησάμενον δύναμιν ναυτικὴν τὰ

donec e conspectu terrae sensim paulatimque magnis intervallis quasi recedentis auferremur. prospera nobis contingente navigatione nono die ad Cretam appulimus, insulam frequentissimam et Cypro multo maiorem. oblonga vero est pariter atque illa, longa scilicet non minus duo milia octingenta stadia, latitudine dimidio multo minore. quum vero iam diu vehementer cuperem labyrinthum in Creta insula videre, isque longe abesset a portu ad quem appulsuri eramus, placuit mihi tum occasione data ex navi egresso visere eum, qui proxime abest ab urbe Gnosso in media insula sita. labyrinthus autem est caverna spatiosissima, artificiose facta. quum enim lapis non admodum asper esset, locus facillime, quantum quis vellet, excidi potuit. artifex igitur una porta patefacta longe lapides excidendo progressus est dextra latera pariter et sinistra amplificans. in medio autem labyrintho crebris intervallis columnas levigatas posuit, quae terram in fastigio sustinerent; hic illic varia aedificia, vestibula fontesque disposite fecit. ostendebatur autem mihi labyrinthus ab indigenis multas faces ardentes in manibus gestantibus. Minoem vero, quem antiquis temporibus Cretae imperasse scis, magna navium facultate in

κύκλῳ δουλώσασθαι τῶν ἐθνῶν, ὅσα τε Κυκλάδας ᾤκει τότε τὰς νήσους, καὶ ὅσα ἐς μεσόγειον ἧκει Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς. ὕστερον δ' ἐκ διαδοχῆς μακροτέρας ἐς Μινώταυρον τῆς ἀρχῆς περιενεχθείσης, ἄνδρα τοὺς τρόπους ὠμόν, φόρους τε ἄλλους ἄλλοις ἐπενεγκεῖν, καὶ δὴ καὶ ὁπόσοι τότε ᾤκουν τὴν Ἀττικήν, δὶς ἑπτὰ παῖδας ἐκεῖσε ἀπάγειν τῶν εὐγενῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἐς λήθης φρούριον τὸν λαβύρινθον. τοῦ κλήρου τοίνυν καὶ ἐς Θησέα περιενεχθέντος, Αἰγεὺς μὲν ὁ πατὴρ οὐκ ἠφίει, τηνικαῦτα τῆς Ἀττικῆς ὢν ἡγεμών, ὁ δὲ λαθὼν ἀπῄει, μάλα ἑκὼν τοῖς δὶς ἑπτὰ συναρίθμιον ἑαυτὸν καταστήσας, ὡς διὰ τοῦτο ὅπως ποτὲ καὶ τὸν Αἰγέα κατὰ θαλάττης ἐκείνης ὑφέντα ἑαυτὸν τελευτῆσαι τὸν βίον, καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον ἐκεῖθεν κληθῆναι. ἐπεί γε μὴν ἡ Μινωταύρου θυγάτηρ Ἀριάδνη Θησέα θεάσαιτό τε καὶ ἐρασθείη τοῦ κάλλους, ὑποθεῖναι λαθραίας αὐτῷ τὰς τῆς ἐλευθερίας μεθόδους, αἷς χρησαμένῳ ῥᾴστην τε γενέσθαι Θησεῖ τὴν λαβυρίνθου διέξοδον, καὶ ἅμα Μινώταυρον μὲν ἐκεῖνον πεφονευκότι ἐς τὴν πάτριον αὐτίκα γῆν διαπόντιον γενέσθαι φυγάδα ξύν γε Ἀριάδνῃ καὶ τοῖς ἐξ Ἀττικῆς ἠιθέοις παισί, καὶ οἰκιστὴν ὀλίγῳ ὕστερον γενέσθαι καὶ τῆς Ἀθηναίων περιβοήτου πόλεως, μεμερισμένως πρὶν ἐν κώμαις οἰκούντων τὴν Ἀττικήν.

17 Ἐμοὶ δὲ μετὰ τὴν θέαν ἐκείνην καὶ ἐς τὰς ἄλλας πε-

structum circumcirca gentes, quae tum Cyclades insulas et quae ad mediam usque Atticam et Boeotiam incolebant, in ditionem redegisse ferunt. posteriore autem tempore ad Minotaurum, virum moribus immitibus praeditum, regno ex successione delato, eum dicunt tributa alia aliis imposuisse, Atticae vero incolis imperasse, ut bis septem liberos nobilium quotannis in labyrinthum, oblivionis castellum abducerent. quum sors vero Theseum contigisset, Aegeum, patrem eius tunc temporis Atticae principem, eum dimittere noluisse. ille autem lubentissime cum istis bis septem iuvenibus posteaquam clam abiisset, Aegeum sese in mare praecipitasse vitamque finivisse, unde pelagus Aegeum nomen accepisse dicitur. Ariadnen autem, Minotauri filiam, Thesei venustate captam furtim eum consiliis, quibus libertatem sibi pararet, instruxisse ferunt; iis usum Theseum facillime labyrinthi exitum reperisse, deinde Minotauro interfecto cum Ariadna iuvenibusque Atticis protinus in patriam per mare fugisse, tum haud ita multo post urbem celebratissimam Atheniensium condidisse, qui antea per singulos vicos dispersi Atticam incolebant.

Ego vero labyrintho perlustrato etiam alios insulae vicos, ci-

ρμέναι τῆς νήσου κώμας καὶ πολιτείας καὶ πόλεις γεγένηται. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐθεώμην τὸ πᾶν ἐκεῖ γένος τῆς νήσου, Ῥωμαίους ὄντας, ὀλίγῳ δέω λέγειν, καὶ τὴν τῆς πατρίου πίστεως εὐσέβειαν βεβαίαν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ κεκτημένους· καί μοι βουλομένῳ γε ἦν πλείονα χρόνον ἐκεῖ διατετριφέναι πλείονος ἕνεκα " καὶ τελεωτέρας τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἱστορίας. f. 104 b.
ἀλλ' ἀνεσόβει μοι τὴν βούλησιν ὁ τηνικαῦτα μελετώμενος θόρυβος τῶν τε ὅπλων καὶ τῶν ἐκεῖ στρατιωτικῶν δυνάμεων. ἦν γὰρ ἡ νῆσος ἐκ πολλοῦ συμφοραῖς ἐντετυχηκυῖα, δι' ἃς Λατινικοῖς ὅπλοις δουλεύσασα τῷ τῆς Βενετίας ὑπέκυψε δημοσίῳ προστάγματι. ἄρτι τοίνυν φήμης χεθείσης ἐπὶ πᾶσαν ἤπειρόν τε καὶ νῆσον ὡς οἱ τὸ Γαλατώνυμον οἰκοῦντες φρούριον ἀστυγείτονες Γεννουῖται, παρασπονδήσαντές τε καὶ ἐπαναστάντες τοῖς Βυζαντίοις, σφᾶς τε ναυμαχήσαντες νενικήκασι καὶ ἅμα θαλάσσης ὅλης ἡγεμονίαν ὠνειροπόλησαν, ὡς μηκέτι μήτε καθεκτοὺς εἶναι μήτε μὴν οὐδ' ὁμοφύλοις ἔτι μένειν ἐνσπόνδους ἐθέλειν, ἀλλὰ σκληρὰν καὶ οἷον εἰπεῖν ἡγεμονικὴν τὴν ὀφρὺν κατὰ πάντων ὅσοι θαλάττιον βόσκουσι βίον ἐπανατείνασθαι, ταραχθῆναί τε οὖν πολλοὺς διὰ ταῦτα καὶ πάντων μάλιστα Βενετικούς, μεγάλας μὲν ἐξαρτύειν ἐν βραχεῖ ναυτικὰς δυναμένους δυνάμεις, μέγα δὲ διὰ τοῦτο φρονεῖν ἔχοντας, ἔπειτα παρὰ δόξαν ὑπ' ἐκείνων ἤδη κωλυομένους ἐς τὸν ἄνω τόπον καὶ τὴν Μαιῶτιν καὶ τὰς ἐκβολὰς

vitates urbesque quum adirem, totum genus hominum, quod insulam incolit, Romanos esse et patriae fidei pietatem a maioribus usque traditam constanter tueri cognovi. mihi quidem in animo erat, quo diligentius et accuratius insulae res explorarem, longius ibi tempus commorari; sed ab hoc proposito deturbatus sum armorum militumque, qui tum ibi parabatur, tumultu. insula enim iam diu in calamitates inciderat, propter quas Latinorum armis subacta Venetae reipublicae imperio se submisit. quum vero modo super totam continentem et insulam rumor dispersus esset, Genuenses, qui Galatae tenent castellum in urbis vicinitate, foedere rupto et rebellione facta Byzantios proelio navali vicisse et totius maris imperium somniare, ut neque coerceri possent neque ne foedere quidem cum popularibus iuncto stare vellent, sed superba quaedam et ut ita dicam imperatoria supercilia adversus omnes, qui maritimam agunt vitam, prae se ferrent, hac re et alii multi conturbati sunt et praecipue Veneti, qui, quamquam brevi tempore magnas copias navales exornare atque idcirco haud mediocres sibi spiritus sumere poterant, tum praeter opinionem ab illis iam impediti erant, quominus in superiores regiones et lacum Maeotidem et ad ostia Tanaidis pro suo


φοιτῶσι Παλαμᾷ τε καὶ Κοκκίνῳ τῷ Ἡρακλείας ἐπισκόπῳ παρὰ τούτων μαθεῖν ἐναργέστερον ἐξεγένετο, εἴη ἂν ταδί, ἓν μὲν ὅτι Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν τῶν γινομένων ἁπάντων συγγράφοντί σοι σφόδρα φιλότιμον τόγε εἰς σὲ ἧκον, εἰκός, μᾶλλον δ' οὐκ εἰκὸς ἀλλ' ἀνάγκη, καὶ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγράφειν πολέμων. τίς γὰρ τῶν μηδὲν μηδαμῇ προσηκόντων σοι δημοσίων πραγμάτων, φαίην δ' ἂν καὶ οἰκουμενικῶν, αὐθαιρέτους μόχθους ἀναδεχόμενον βλέπων σε δόξης ἕνεκα διὰ γῆς πλανωμένης καὶ τὸ ἴχνος ἐπὶ σαθροῦ τινὸς καὶ νόθου φάναι κλέους ἐρειδούσης, ἵνα δηλαδὴ μεστὸν σεαυτοῦ τὸν ἐφεξῆς καταλίπῃς αἰῶνα, ὑποψίας ἀθῷον ἀφεῖναι ἀνάσχοιτο, καὶ μηδὲ πᾶσαν ἐνταῦθα μᾶλλον ἰσχὺν καταθεῖναί σε σπουδάσαι λογίσαιτο λόγων τῶν σῶν, ἵνα καὶ τοὺς κλύδωνας τῶν πατρίων δογμάτων, ὅσον ἐφικτόν, διὰ πάσης δημοσιεύσῃ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἅμα τοὺς σοὺς ὑπὲρ τούτων ἀγῶνας ἐνδείξῃ, καὶ οὓς ἀεὶ πρὸς τῶν κακοδόξων κινδύνους ἐφίστασαι, παντοδαπῶν ἀπόζοντας θανάτων. ἓν μὲν δὴ οὖν τοῦτο φασὶν αἴτιον τοῦ γε δὴ τῶν ἄλλων μᾶλλον κατὰ σοῦ κινεῖσθαι τοὺς ἀντιθέτους, καὶ τοιούτων σοι διηνεκῶς συσκευάζειν θανάτων
26 κρατῆρας, δεύτερον δ' ὅτι τῶν ἄλλων ἀφρόντιδα βίον καὶ ἄμοχθον οἴκοι διατριβόντων, οὐκ ἠμέλεις ζήλου σὺ καὶ θορύβου παντὸς ἐμπιπλῶν τὰ βασίλεια, νῦν μέν, οὓς εὐγέ-

tantes dilucidius ab ipsis res cognoscere poterant, hascè fere causas afferunt: primum quidem, quod tibi historiam Romanam omnium rerum, quae geruntur, quantum in te est, ambitioso studio conscribenti consentaneum vel potius necessarium sit, etiam de certaminibus ecclesiasticis exponere. quis enim, qui molestum res publicas, quae minime ad te pertinent, et prope dixerim toto orbe terrarum gestas conscribendi laborem te ultro suscipientem videat gloriae causa terram pervagantis et vestigium putida quadam et, ut ita dicam, adulterata fama innitentis, nimirum ut futura saecula tua gloria plena relinquas, te suspicione liberum sinere sustinebit neque potius omnem vim tuorum verborum in eo te ponere arbitrabitur, ut etiam tempestates patriorum dogmatum, quantum fieri possit, per totum orbem evulges simulque tua certamina pro iis suscepta atque pericula, omnes mortes redolentia, ab improbis tibi semper intentata ostendas? Hanc unam esse causam dicunt, propter quam adversarii in te vehementius, quam in reliquos, incitati sint tibique perpetuo mortifera pocula comparent. altera causa est, quod, aliis domi vitam securam et socordem agentibus, tu non cessabas zelo et turbis omnibus implere palatium, quum generis nobilitate et fortunae vicissitudinibus ornatos splendide patrios

νιμαι καὶ χρόνου τύχαι περιοδικαὶ κοσμοῦσιν, ἔχεσθαι μὲν λαμπρῶς ἀεὶ τῶν πατρίων διδάσκων ἐθῶν καὶ νόμων, ἀπέχεσθαι δὲ τῶν ἀθέσμων τοῦ Παλαμᾶ καινοφωνιῶν, νῦν δ' αὐτὸν ἐλέγχων ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὸν βασιλέα, καὶ νῦν μὲν ὁμοῦ τῷ πατριαρχεύσαντι πρὶν Ἰσιδώρῳ, νῦν δ' ὁμοῦ τῷ δυσσεβεῖ Παλαμᾷ, καὶ νῦν μὲν Ἰουλιανῷ παραβάλλων καὶ Μαξιμιανῷ, νῦν δ' εἰκονομάχοις καὶ τοῖς τοιούτοις διώκταις. κἄπειτ' οὐχ ὅπως οὐ τοῖς τοιούτοις ἠρκέσθης, ἀλλὰ καὐτῷ μακρῷ συνεδρίῳ τῆς ἀτόπου φάλαγγος τῶν ποιμένων ἐκείνων πεπαρρησιασμένῃ καὶ ἀπαρακαλύπτῳ τῇ γλώττῃ παρεισκυκλῶν οὐκ ἀνίεις καὶ ἐπαναλαμβάνων αὐτά τε ταῦτα, καὶ ὅσα τούτων παρενείρων μείζω, καὶ προσονειδίζων μάλα γε πικρῶς, καὶ κατὰ σαυτοῦ συχνὰ ποιῶν μανικώτερον, καὶ ταῦτ', εἴπερ τις ἕτερος, εἰδὼς αὐτόν, ὡς εἴπερ καὶ αὐτῆμαρ καταπέψει, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.

Τρίτον ὅτι χλευάζων αὐτοὺς πρὸς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σχῆμα, λόγοις ἀντιρρητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ καὶ λάθρα συνθεῖναι τετολμήκεσαν κατὰ τῆς εὐσεβείας, ἐπαγγειλάμενος. καὶ τέταρτον ὅτι μακρὸν ἤδη χρόνον τὴν θύρα- B 7
θεν πᾶσαν σοφίαν διδάσκοντι πλείστους καὶ παντοδαποὺς πανταχόθεν συνέβη σοι κτήσασθαι ‖ φοιτητάς, μὴ μόνον f. 110 a.
ὅσοι τῶν ἐν δόξῃ γεγένηνται παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως μὲν τύχης καὶ βίου καὶ σχήματος ἐχόντων εἰσί, φυ-

mores et leges semper amplecti, illegitimis autem verborum novitatibus Palamae abstinere doceres, in ipsum autem Imperatorem privatim atque publice opprobria iniiceres, modo eum una cum Isidoro, antea patriarchicam sedem obtinente, modo una cum impio Palama, tum cum Guliano et Maximiano, tum cum Iconomachis et eiusmodi persecutoribus comparando. deinde quod hisce non contentus ipsi magno concilio insanae illorum pastorum catervae libera et intimida lingua easdem calumnias identidem ingerere et vel iis maiores interserere acerbissimisque maledictis perstringere atque in temet ipsum saevire non desistebas, quamquam haud sane ignorans, eum, licet ad tempus iracundiam supprimat, attamen ad futurum tempus differre, donec ad finem adducat.

Tertiam causam afferunt, quod eos irridens adeo comminatus es, te orationibus antirrheticis tomum illum refutaturum esse, quem nuper et clanculum contra veram fidem componere ausi fuissent. quartum, quod diu iam profanam omnem sapientiam docendo tibi plurimos undecunque discipulos paraveris, non solum filios in dignitate constitutorum, sed etiam aliorum alia fortuna, vita, conditione praeditorum, egregia omnes natura et ingenio insignes, per quos etiam parentes eo-

σεως δ' εὖ καὶ συνέσεως ἐπεφύκεσαν ἔχοντες· δι' ὧν καὶ τοὺς σφῶν ἐφειλκύσω γονέας, καὶ ἄμα φάναι πάσας καὶ ὁλοκλήρους οἰκίας ὀφείλειν τέ σοι χάριτας, καὶ σοὶ προσέχειν ὅσα καὶ πατρὶ καὶ συγγενεῖ καὶ φίλῳ καὶ τῶν πρώτων καλῶν ὁδηγῷ, καὶ γίνεσθαι διὰ ταῦτα σοι τοὔνομα γνώριμόν τε καὶ θαυμαζόμενον σχεδὸν πανταχῇ, καὶ πείθειν ἱκανὸν ἀλαλήτοις φάναι φωναῖς, ὁμοδοξεῖν σοι πανταχόθεν ἐκείνους ἅπαντας αὐτόθεν ἀβασανίστῳ συγκαταθέσει τῆς γνώμης εὐθύς, καθάπερ τοὺς Πυθαγορείους πάλαι φασὶν ἐκείνους τοῖς τοῦ διδασκάλου ψηφίσμασί τε καὶ δόγμασιν. ἀλλὰ κἂν τῇ μεγίστῃ τῇδε τῶν πόλεων τούσδε μὲν τῶν σῶν φοιτητῶν τοὺς δικαστηρικοὺς κοσμεῖν καὶ διεξάγειν πίνακας, τούσδε δὲ τὰ βουλευτήρια τῆς συγκλητικῆς ἐργασίας, τοὺς δὲ τὰς ὑπερορίους πρεσβείας, καὶ τοὺς μὲν τήνδε τοὺς δὲ τήνδε τῶν εὖ κειμένων τάξεων ἔχειν, καὶ χρείαν πληροῦν τὴν βελτίστην ἑκάστους ἑκασταχοῦ, ὡς ἐντεῦθεν ῥᾷστα καὶ ξὺν οὐδενὶ πόνῳ δύνασθαι φέρειν ἅπαντας, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ὤτων δεδεμένους, ἐς τὸ σοί γε βουλόμενον. καὶ εἶναι τοὺς μὲν πλείστους ἐς τὸ συμφανὲς Παλαμᾷ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν χαλεπαίνοντας ὡς πορρωτάτω που τῆς ἀληθείας καὶ τῶν πατρίων ἐλαύνουσι δογμάτων καὶ νόμων, τοὺς δ' ὑπ' ὀδόντα κατὰ τὸ λεληθὸς διαλοιδορουμένους σφίσι. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐλλελεῖφθαι μηδένα σχεδὸν ᾧ μὴ κεκινῆσθαι καὶ διασεσεῖσθαι τὴν γνώμην ξυνερρυήκει πρὸς τὴν

rum in tuas traxeris partes. idcirco totas civium familias tibi debere gratiam tibique referre veluti patri et cognato et amico atque ad optima quaeque praeeunti moderatori. hisce rebus tibi nomen celebratum et omnium fere admiratione elatum contigisse, quod per se sufficiat, omnes illos tacitis, ut ita dicam, vocibus eo adducere, ut ultro tecum idem sentiant tibique suffragentur sententia sua non examini submissa eadem ratione, qua Pythagoreos dicunt olim in decreta et placita praeceptoris iurasse; atque omnium urbium maxima tuos discipulos alios iudiciarias tabulas ornare et administrare, alios consilia senatus, alios legationes ad exteras gentes, omnino alium alii magistratui insigni praeesse et unumquemque eorum ubique optime muneris officiis fungi, ut facillime et nullo negotio omnes inde eos tanquam ex auribus tuis suspensos ad tuam voluntatem traducere possis. eorum plerosque manifesto Palamae eiusque sectatoribus infensos esse ut hominibus a veritate patriisque dogmatis et legibus remotissimis, alios mussitantes clanculum iis conviciari, neminem fere denique esse, ut breviter dicam, qui non tua causa praesenti rerum conditione animo commotus et concitatus sit. idcirco metuendum esse, ne civi-

παροῦσαν ὑπόθεσιν διὰ σέ. καὶ φοβεῖσθαι μὲν διὰ ταῦτα καὶ στάσιν δημοτικὴν σοὶ μὲν οὐδαμῇ προσήκουσαν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τοὺς λιθίνους τε καὶ χαλκοῦς ἀνδριάντας οἴκοθεν κεκινῆσθαι πρὸς ὅπλα καὶ μάχας φαίη τις ἄν, σφίσι δὲ μάλα δήπουθεν προσήκουσαν φοβεῖσθαι. οἷς γὰρ ἔργα κα- 38 κίας ἔπεισι δρᾶν, τούτοις δήμιος γίνεται καὶ ἀπαραίτητος κολαστὴς ὁ τοῦ συνειδότος πέλεκυς, ἐγγύθεν ἑστὼς καὶ μαστίζων συχνὰ τὴν ψυχὴν καὶ φόβους ἅπαντας τῷ φανταστικῷ προτιθείς, ὡς ὑποπτεύειν καὶ τὰ ἀνύποπτα καὶ οὗ οὐκ ἦν φόβος οὐδείς, καθὰ τοὺς ἐρημίαις τε καὶ φάραγξιν ἐν ἀφεγγεῖ τε καὶ βαθείᾳ νυκτὶ πλανωμένους πάσχειν συμβαίνει· βάτον γὰρ καὶ πέτραν καὶ φύλλον δρυὸς αὔρᾳ λεπτῇ κινούμενον ληστῶν καὶ θηρίων ἐφόδους ἡγοῦνται καὶ φρίττουσι, δειλίας ἁπάσης αὐτοῖς περικεχυμένης ἁπανταχόθεν ψευδοῦς. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τοῦτ' εἶναι φάσκουσιν αἴτιον τοῦ γε μὴ πλείω τῶν τριῶν ἐκείνων θελῆσαι ποιῆσαι συνέδρια σφᾶς, μηδ' ἐξετάσει δοῦναι κανονικῇ τἀγκλήματα " τούτου, ἵνα μὴ τοῖς f. 110 b. ἅπασιν ἐμφανῆ καὶ σαφέστερα καταστήσαντες κατὰ σφῶν αὐτῶν ἀναστήσωσι, καὶ οὓς πεφόβηνται φόβους πρίν, πάντων φανῶσιν αὐτόχρημα νῦν αὐτουργοί, καθ' ἑαυτῶν αὐτοὶ καθιστάμενοι. ἔτι δὲ καὶ τοῦ μὴ πᾶσιν ἐπ' ἴσης δι' ὄχλου γενέσθαι τοῖς ἀντιθέτοις αὐτοὺς τοῦτ' εἶναι φάσκουσιν αἴτιον, ἵνα δὴ μὴ φωραθῶσιν ἅπαντας κεκτημένοι σχεδὸν πολεμίους

lis exoriatur seditio, qui quidem metus ad te haud magis pertinent, quam si quis statuas lapideas et aeneas sua sponte ad arma et proelia moveri diceret: ad istos vero perquam tales metus pertinent. iis enim, qui maleficia committunt, carnifex quidam et inexorabilis vindex adest conscientia, qua veluti securi animus flagellatur et omnes timores cogitationibus iniiciuntur, ut suspicentur, quae sine suspicione sunt nihilque metuendum in se habent, eadem ratione affecti, qua oberrantes in desertis locis atque faucibus caeca et caliginosa nocte: dumum enim et saxum ac folium levi aura agitatum pro praedonum et ferarum ingressu habent atque cohorrent, falsa et inani undecunque circumventi timiditate. sunt autem praeterea, qui dicant, hoc in causa esse, cur plura quam tria ista concilia facere et criminationes istius canonicae disquisitioni subiicere nolint, ne omnibus eas ita perspicue atque clarius cognoscentibus, in se ipsos omnes concitent et ne, quibus timoribus antea vexati sunt, eos revera nunc sibi ipsi faciant, dissidio inter ipsos exorto. quod ad id attinet, quod non omnibus suis adversariis pariter negotia facessunt, eius rei causam etiam esse dicunt, ne ita appareat, omnes fere homines perversis eorum novitatibus infensos esse. haec igitur quartam causam, cur tu gravioribus iniu-

ταῖς ἀτόποις καινοφωνίαις αὐτῶν. τέταρτον μὲν οὖν αἴτιον τοῦ σὲ βαρύτερα πρὸς τῶν δυσσεβῶν ὑφίστασθαι τοῦτο φασίν· προστιθέασι δὲ καὶ πέμπτον ἐπὶ τούτοις, ὅτι προειρηκότων ἐκείνων ἐκ τῆς τῶν συνήθων ὀνείρων Πυθίας καὶ τοῦ σφῶν τοιούτου μαντικοῦ τρίποδος, ὡς εἰ τοῖς σφῶν βουλήμασι πειθόμενος ὁ βασιλεὺς θείη παρελθὼν ἐπὶ τῆς μυστικῆς τοῦ θυσιαστηρίου τραπέζης τὸν σφέτερον τόμον, λήψεται πάντ' ἐν βραχεῖ τά τε ἑῷα τῆς γῆς καὶ τὰ ἑσπέρια, καὶ πάσης ἄρξει σχεδὸν θαλάσσης ἅμα καὶ γῆς, ἐμφανῶς τἀναντιώτατα μάλιστ' εἰρήκεις αὐτός, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν τὸν λόγον προενεγκών, ὡς ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ἐρημώσεως βδέλυγμα φάσκων τὸν τόμον, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις τῶν Ῥωμαϊκῶν
29 πραγμάτων, καὶ εἴ τις εἴη περίχωρος. βλέποντας οὖν εὐθὺς κατὰ πόδας εἰπεῖν ἀπαντήσαντα τοῦ τε σφετέρου ψεύδους τὸν ἔλεγχον καὶ ἅμα τῆς σῆς ἀληθείας τὸ κράτος, ἕπεται καταδύεσθαι ὑπ' αἰσχύνης αὐτούς, οὐκ ἔχοντας ὅλως ἑστῶσιν ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς οὐδένας ἀνθρώπων, οὔτε στόμα μετά γε τῆς πρὶν ἀναιδείας ἐκείνης φθεγγόμενον. διὸ καὶ "δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτὸν" λέγοντες, σιγώσας ὁπλίζουσι δεξιὰς κατὰ σοῦ, δυοῖν θάτερον συσκευάζοντες, ἢ τῇ λύπῃ δαπανηθέντα σε, μετά γε τῶν συνήθων πόνων τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄλλως νῦν ἐπενεχθείσης σοι καχεξίας, βίᾳ τελευτῆσαι τὸν βίον, ἢ λάθρᾳ

riis ab impiis afficiaris, afferunt. quintam vero addunt, quod, istis ex solitis somniorum vaticiniis et tripode suo fatidico praedicentibus, imperatorem, si suis consiliis obsecutus adyti altari suum tomum imposuisset, brevi orientales, et occidentales partes terrae capturum omnisque fere maris et terrae imperium impetraturum, tu manifesto contraria prorsus pronuntiaveris secundum evangelicam vocem verba proferens: „quando videbitis abominationem desolationis stantem in loco sancto (abominationem autem desolationis appellabas tomum), cognoscite, appropinquare imperii Romani desolationem et cuiusvis, qui vicinus erit.“ quum igitur videant, refutationem suorum mendaciorum e vestigio sequi et tuorum dictorum veritas, quam sit valida atque efficax, non ignorent, sequitur iam, ut prae pudore sese abdant in occultum, ut qui omnino non rectis atque fixis oculis quemquam adspicere neque ore pristinae impudentiae vociferari possint. quare clamantes: „agite dum, disperdamus eum!“ armis contra teotacite instruunt dextras, alterum ex duobus parantes, ut aut maestitia simulque capitis doloribus, quibus laborare soles et mala valetudine, qua nunc vexaris, confectus et absumptus vi finias vitam, aut ut nonnulli eorum furtim irrepentes, magna solitudine tuum domicilium obtinentes,

σφῶν παρεισπεσόντες ἔνιοι, μακρᾶς ἐρημίας ἐπιχωριαζούσης κατὰ τὸν οἶκον τὸν σὸν, διὰ βρόχου θάνατον ἐπενεγκεῖν σοι πρὶν τῶν ἁπάντων αἴσθεσθαί τινα. ὃ καὶ Παῦλον τὸν πατριάρχην πάλαι φασὶ πεπονθέναι πρὸς τῶν ὁμοίων αὐτοῖς κακοδόξων, καὶ πλείους ἄλλους πρό γε δήπουθεν αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτόν. εἶναι γάρ φασι τουτὶ βιαιότερον καὶ σφόδρα τάχιον τῆς τοῦ κωνείου κύλικος, οὗ Σωκράτην πάλαι πιεῖν Ἀθηναίων καταψηφισάμενοι παῖδες, ὁρώντων τῶν φίλων, τῆς παρούσης ἀπήλλαξαν ζωῆς. καὶ τοῦτ' εἶναι φάσκουσιν οἱ πλείους ὃ τὴν τοσαύτην ἐρημίαν ἐπάγειν σοι σφᾶς προσηνάγκασεν, ἵνα δρῶσιν ἀδεῶς ἃ δρᾶν τοιούτοις δεῖ φονευταῖς. φέρε τοίνυν, εἴ τί σοι πρὸς βουλήσεως εἴη τῶν φίλων ἐνίοις 40 ἐνιαχοῦ μηνύειν ἀπόρρητον, ἐμοὶ προσανάθου πρὶν τοῖς τῶν τοιούτων θανάτων ἁλῶναι δικτύοις· ἐγὼ γάρ σοι καὶ Πυλάδης ἔσομαι πιστός, ἐγὼ καὶ φύλαξ ὧν ἀνέκπυστα φυλάττειν χρή. δυοῖν γὰρ ἔσται μοι θάτερον· ἢ γὰρ σοὶ κἀγὼ συντεθνήξομαι," καὶ τάφος ἔσεταὶ κοινὸς ἀμφοῖν ὁ παρὼν f. 111 a. οἶκος ἡμῖν, ἢ κατὰ τὸ λεληθὸς προαναστειλάντων με τῶν φονευτῶν καὶ φυγάδα ποιησαμένων με, πᾶσαν ἂν διέλθοιμι γῆν τε καὶ θάλασσαν, ἡλίῳ καὶ ἀστράσιν ἀπαγγέλλων τὴν ἀδικίαν ταυτηνί, καὶ τὴν ἀγνώμονα μαστίζων τῇ γλώττῃ τῶν σῶν φονευτῶν δεξιάν, καὶ τραγῳδίαν θεατρικὴν τά τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τὰ σὰ πανταχῇ τιθέμενος διηγήματα.

laqueo tibi necem inferant, nemine sentiente, id quod etiam Paulus patriarcha ab hominibus pari nequitia praeditis olim perpessus esse dicitur multique alii et ante eum et post eum. hoc enim multo violentius atque efficacius esse dicunt, quam cicutae poculum, ad cuius sorbitionem ab Atheniensibus quondam Socrates damnatus praesentibus amicis vita discessit. hanc causam esse plurimi dicunt, quae istos appulerit, ut te in tanta solitudine collocarent, nimirum ut secure perpetrarent, quod tales interfectores perpetrare debent. agedum igitur, si tibi volenti est nonnulis ex tuis amicis interdum secretum quoddam revelare, mihi id credas, priusquam eiusmodi mortium laqueis irretiaris. ego enim tibi fidelis Pylades ero, ego custos eorum, quae fideliter servari neque enunciari debent. alterum enim ex duobus mihi usu veniet: aut tecum commoriar et haec domus commune nobis erit sepulcrum, aut, interfectoribus me furtim reprimentibus et fugantibus, omnem terram atque mare pervagans soli stellisque hanc iniuriam pronuntiabo et insanam tuorum sicariorum violentiam voce flagellabo atque ubique quasi tragoediam in scena ecclesiae fortunam tuamque sortem enarrabo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΚϚ.

Περὶ μὲν οὖν δὴ ὧν ἐξεγένετό μοι μαθεῖν τοῖς ἐχθροῖς τουτοισὶ μεμηχανημένων ἐπιβουλῶν κατὰ σοῦ, καὶ δι' ἃ μάλιστα πάντων ἐπὶ σὲ τὸ ἀντίπαλον ἅπαν ὁλοσχερέστερον ὥρμηται μέρος, φόνου πνέον καὶ ποικίλων θανάτων μελέτας ἔχον, ταῦτα ἐστί. περὶ δὲ τοῦ καλουμένου τοῖς Παλαμίταις τόμου, καὶ ὅσα τούτῳ καὶ οἷα ἐγγέγραπται δόγματα, εἰ πάντα μοι διεξιέναι βουλομένῳ γε εἴη, πολλοῦ μέντ' ἂν οἶμαι δεήσειν τοῦ χρόνου, πολλῆς δ' αὖ τῆς σχολῆς, ἣ ἂν ἀπηλλαγμένη παντάπασιν εἴη πραγμάτων καὶ ἀωρίας ἁπάσης. φασὶ γὰρ οἷς διεξιόντων ἐκείνων ἀκηκοέναι τετύχηκε, μηδὲν μηδαμῇ μήθ' ὑγιὲς μήτ' ἀληθείας ἐχόμενον εἶναι ἐκεῖ, μήτε μὴν οὐδέν, οὔθ' ἃ λελάληται μήθ' ἃ πέπρακται, μεμνῆσθαι μηδενὸς καθά τε λελάληται καὶ καθὰ πέπρακται, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ οἱ τὰς Ἀτλαντίδας οἰκοῦντες νήσους, αἵτινές ποτ' ἄρ' εἶεν ἐκεῖναι, πολλὴν παρεχόμεναι τὴν αὐτονομίαν τῇ

EIUSDEM NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANAE LIBER.

„Haec igitur sunt, quae cognoscere potui de insidiis, quas inimici tui in te machinati sint deque causis, ex quibus universa adversariorum factio necem anhelans variasque mortes animo volutans maxime te aggrediatur. de tomo autem Palamitarum, quem dicunt et de dogmatis, quae et qualia in eo perscripta sint, si omnia persequi vellem, longo, opinor, tempore, magno otio omnibusque negotiis et incommodis vacuo opus foret. dicunt ènim, quibus contigit, ut illos de eo exponentes audirent, nihil sani, nihil veri in eo inesse neque prorsus quidquam, quod dictum quodve factum sit, ullam rationem habere eius, secundum quod dictum factumve sit, sed Palamitas talia portenta suo tomo conscripsisse neque omnino aliter egisse, quam quum incola insularum Atlantidum, quaecunque eae sunt, quae de earum statu ac conditione in explorata ementiri volentibus magnam prae-

γλώττῃ τῶν ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι περὶ τῶν ἐκεῖ βουλομένων, οὔτ' ἰδόντες οὔτ' ἀκούσαντες τῶν ἐνταυθοῖ μηδέν, παρελθόντες οὖν εἰδέναι διετείνοντο βέλτιον ἡμῶν περὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ διεμυθολόγουν τερατώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα διηγήματα, οὕτω καὶ οἱ περὶ τὸν Παλαμᾶν ἐπεπράχεσαν καὶ τοιαῦτα τῷ οἰκείῳ ξυνέθεσαν τόμῳ. ἃ γὰρ ἐβούλοντο γενέσθαι μέν, οὐ γεγένηνται δέ, καὶ ἃ λέγειν ἐβούλοντο μέν, οὐ δεδύνηνται δέ, τῶν παραχρῆμα ἐλέγχων τοῖς μὲν ἐντυγχάνοντες ἤδη τοὺς δ' ὑποπτεύοντές γ' ἔτι, ταῦτα δὴ μετὰ πολλῆς ἐξέθεντο τῆς αὐθαδείας ἐκεῖ, τῇ τοῦ καιροῦ ῥοπῇ τὸ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι μάλα τεθαρρηκότες, καὶ τό γε παρὰ σφίσιν αὐτοῖς ἀνέκφορα ἔχειν αὐτὰ καὶ ἡμῖν ἀθέατα. φασὶ δ' οὖν Παλαμᾶν τά τε ἄλλα πρὸς ἀπάτην δρᾶν τῶν ἁπλουστέρων, καὶ θεραπείας δῆθεν τῶν σκανδαλιζομένων κατ' αὐτοῦ ἐπισκόπων. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν αὐτῷ βλασφημηθέντων ἔνια κόπτοντά τε καὶ ξέοντα, ξυντιθέναι νῦν ἐν ἄλλαις λέξεσι τὸν βλασφημοῦντα νοῦν τοῖς νέοις τόμοις αὐτοῦ, ἅτ' οὐκ εἰδέναι τῶν ἐπισκόπων ἐχόντων πλέον οὐδὲν ἢ ὅτι ἔξεσται ἃ κακῶς τέθειται, οἷα δ' ἃ μὲν ἔξεσται οἷα δ' αὖ ἃ τέθειται τὴν δύναμίν ἐστι, τούτων δ' οὔτ' ἐπαΐειν ὅλως οὔτε φροντίζειν. προφέρειν γὰρ καὶ γραφικὰς λέγεται μαρτυρίας, οὐχ ὡς ἔχουσιν ὑγιείας, ἀλλὰ παραφθείροντα πῇ μὲν ταῖς ἐντομαῖς καὶ παραλλάξεσι, πῇ δὲ ταῖς ‖ f. 111 b. παρεξαγωγαῖς ὁμοῦ τε καὶ παρεξηγήσεσιν. ὧν, εἰ βουληθείης, οὐκ ἂν

bent licentiam, iam nulla nostrarum rerum parte aut visa aut audita se melius quam nos eas cognovisse contenderent atque monstrosas et portentosas fabulas confingerent. quas enim res evenisse quidem volebant, factas vero esse non videbant aut quas dicere quidem volebant neque vero, quum aut statim iam refutationes adessent aut non longum abesse suspicarentur, dicere poterant, eas tamen omnes magna cum arrogantia in eo exposuerunt temporis opportunitate inexplorata ementiendi valde freti et se tomum, ut nobis eum inspicere non liceret, apud se reservare posse confisi. dicunt autem Palamam ad fraudem simpliciorum et ad conciliationem episcoporum ei offensorum quum alia facere, tum quasdam blasphemias diffingentem atque eradentem nunc aliis verbis blasphemas sententias novis tomis componere quippe quum episcopi nihil amplius scire possiut, quam erasa esse, quae male posita erant; quam autem vim vel erasa vel posita habeant, id nec intelligunt nec curant. testimonia etiam ex sacris scripturis proferre dicitur, non illa quidem sana atque integra, sed partim incisionibus et commutationibus, partim fallacibus et pravis interpretationibus corrupta. quorum, si tibi volenti est, equidem non cessaverim, tibi otium

τούτοις ὁλκάδες συσκευασθεῖεν ἐξ τῶν πάνυ μεγίστων, μηχανὰς παντοδαπὰς καὶ ὁπλίτας ἀρίστους φέρουσαι πλείστους, καίριον ἤδη νομισθῆναι τοῖς ἅπασι πάσαις ὁμοῦ δυνάμεσι προσελάσαντας κυκλώσασθαι τὸ φρούριον αὐθημερόν. καὶ τούτων οὑτωσὶ πεπραγμένων ἀνυσθῆναι σφίσι μηδὲν ἠκηκόειμεν, ὡς ἀπογνόντα λοιπὸν τὸν τῆς ναυτικῆς τῶν Βενετικῶν δυνάμεως ναύαρχον τοῦ μὲν πολέμου διάδοχον ἀφεῖναι τὸν βασιλέα, αὐτὸν δὲ μαθόντα ἤδη καὶ τριήρεις ἐκ Γεννούας ἑξήκοντα παρὰ πᾶσαν ἀναγομένας ἐλπίδα, ὅλαις ἀναχωρεῖν πορείαις.

21 Καὶ ἃ μὲν ἀμυδρῶς αὐτὸς ἠκηκόειν, ἔκδημος ὢν τῆς πατρίδος, ταῦτ' ἐστίν· αὐτὸς δ' ἂν μοι λέγοις τἀληθέστερά τε καὶ βεβαιότερα τῶν ἐνταυθοῖ πεπραγμένων ἐκείνων, τῆς ἀφηγήσεως προϊούσης, προστιθεὶς ἐν ταὐτῷ καὶ τὰ τῶν πεπραγμένων αἴτια. νῦν δ' ὧν αὐτὸς αὐτόπτης ἐξῆς ἐγενόμην ἐκεῖ παρών, εἶμι ἐρῶν αὐτὸς αὐτίκα τὸν λεπτότερον καὶ καθ' ἕκαστα τρόπον. ἐπαναληπτέον τοίνυν τὸν λόγον ὅπῃ τὸ πρότερον ἴχνος ἐλίπομεν, ἵνα τὸ τῆς ἱστορίας συναφὲς τὴν τοῦ σαφοῦς ῥᾳστώνην εὐφυᾶ παρέχῃ τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

22 Ἔτυχόν μὲν ἐγὼ διατρίβων περὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας καὶ Κάρυστον πόλιν λήγοντος ἤδη τοῦ θέρους, καὶ τηνικαῦτα ξυνέβαινε καταπλεῖν ἐς Ὠρεόν, πόλιν Εὐβοίας εὐλίμενον, τὰς

sex naves onerarias maximas omni genere machinarum et gravis armaturae militibus plurimis fortissimisque instructas comparassent, iam omnibus idoneum tempus visum esse cunctis copiis protinus castellum adoriendi atque obsidendi. tali ratione rebus institutis nihil ab iis ad exitum adductum esse, audiebamus, ita ut classis Venetae praefectus re iam desperata et Imperatore, qui bellum persequeretur, relicto summa festinatione recessisset certior factus, ab Genua iam sexaginta triremes praeter omnium exspectationem in altum evectas esse.

Haec equidem a patria remotus quasi per nebulam audivi; tu autem narratione progrediente veriora quaedam atque certiora de rebus hic tum gestis expones additis etiam rerum causis. nunc vero res, quarum ipse illic spectator fui, ex ordine tibi accurate atque singillatim referam. revertendum igitur nobis est ad id, unde digressi sumus, ut historiae continuitas praeclaram rerum cognitionis facilitatem praebeat, quae inest in perspicuitate.

Quum igitur circa fauces Euboeae et Carystum urbem exeunte iam aestate commorarer, ad Oreum, Euboeae urbem portu ornatam, quindecim illae naves Venetae appulerunt, quas ex portubus Byzantii recessisse supra demonstravimus. octo autem Cretensium triremes inde

πεντεκαίδεκα Βενετικὰς ἐκείνας τριήρεις, ἃς ἐκ Βυζαντίων λιμένων ἔφθημεν δεδηλωκότες ἐπανιούσας· τὰς γὰρ ὀκτὼ Κρητικὰς διαστάσας αὐτόθεν οἴχεσθαι ἀπιούσας ἐς Κρήτην φυλακῆς ἕνεκα τῶν ἰδίων. καὶ ἅμα συχναὶ καὶ βαρεῖαι κατέπληττον ἀγγελίαι τὴν νῆσον, ἐγγύτατα εἶναι πολεμίας ἑξήκοντα ναῦς. σπεύσας οὖν ὁ τῶν Βενετικῶν ναύαρχος τὰ μὲν πληρώματα πάντα τῶν οἰκείων νεῶν ἐξεῖλεν εὐθύς, αὐτὰς δὲ κενὰς ἐν τῷ λιμένι καλωδίοις προσηρτημένας κατέδυσεν, ὡς μὴ ἁλώσιμοι τοῖς πολεμίοις εὐθὺς ἐπιπλεύσασι γένοιντο. f. 106 a. ἔπειθ', ὅσον τάχος, πάντας τε Εὐβοέας πρὸς ὁπλιτικὴν ἠρέθιζεν ἀκμήν, καὶ ἅμα δ' ἐπρεσβεύετο πρὸς τοὺς ἐν Ἀθήναις καὶ Θήβαις Λατίνους, τριακοσίων ἱππέων ἐπιλέκτων αἰτῶν συμμαχίαν. τήν γε μὴν πόλιν νύκτα τε καὶ ἡμέραν οὐκ ἠμέλησε πᾶσαν ὁπλίζων πολυτελῶς καὶ πάσης ἀφειδῶν δαπάνης καὶ πάντα προστιθεὶς καὶ περιτιθεὶς ὀχυρώματα. δύο μεταξὺ παρερρυήκεσαν ἡμέραι, καὶ ὤφθησαν αἱ πολέμιαι νῆες ἐκεῖναι, περὶ δείλην πού τὴν ὀψίαν, ἐπιπλέουσαι κατὰ τῆς Εὐβοίας. καὶ τὴν μὲν ἑσπέραν ἐκείνην, γαλήνης οὔσης, ἐν τῷ πελάγει μετέωροι δειπνοποιησάμεναι καὶ τὸ ποιητέον σκεψάμεναι, ἕωθεν εὐθὺς εἰς μάχιμον τάξιν ἠθροίζοντο. καὶ μὲν δὴ καταπεφραγμέναι πᾶσιν ὅπλοις, προσελάσασαι ἐς τὸν Ὠρεοῦ λιμένα ἐκεῖναι καταπληκτικῶς ἐσέπλευσαν, τά τε σημεῖα τῆς μάχης ἠρμένα ἔχουσαι, καὶ τὰς πολεμικὰς ἀνακρουόμεναι σάλπιγγάς τε καὶ σύριγγας, καὶ ὅσα τῶν τοιούτων

ad suas res tutandas domum redierant. crebris vero atque gravibus nuntiis terrentibus insulam, sexaginta hostium naves proxime adesse, celeriter Venetae classis praefectus naves apparatu classico exempto vacuas in portu rudentibus suspensas submersit, ne ab hostibus protinus adnavigantibus capi possent. tum quam celerrime potest omnes Euboeenses ad bellicam fortitudinem excitat simulque cum Latinis, qui Athenis erant et Thebis, agit, ut trecentorum equitum delectorum auxilium mittant. urbem autem die noctuque egregie nullique sumtui parcens armare et omni munimentorum genere firmare atque sepire haud destitit. duobus interea elapsis diebus naves illae hostium Euboeam petentes sub vesperum conspiciebantur; atque illo quidem vespero, quum esset malacia, in alto mari coena parata et rebus, quae gerendae erant, provisis, insequentis diei prima luce statim acie instructa omni genere armorum stipatae in Orei portum invehuntur magnumque sui terrorem faciunt certaminis sublatis signis, canentibus tubis tibiisque aliisque instrumentis, quae animos ad alacritatem atque ardorem pugnandi excitant. quum autem proelii navalis copia

φοραί. καὶ τοῦτ' εἰς ἀπειρίας ἴδοις ἂν ἐκτεῖνον τοὺς δρόμους πελάγη, στάσιν ἀληθῶς οὐ δυνάμενον οὐδαμῇ ποτὲ γνώσεως ἔχειν. πᾶσάν τε γὰρ ὑπερβαίνει σχολαστικὴν ἀνθρώπων σοφῶν ἐπίνοιαν, καὶ πάσας ἄρδην ἐπιστημονικὰς καὶ τεχνικὰς μεθόδους μακρὸν καὶ ἡδύ τι γελώσῃ περιφανῶς ὑποτίθησι χλεύῃ. ἦ γὰρ ἂν οὐδ' ἐλαχίστου σφίσιν ἔδει διερευνᾶν ὅστις ἂν εἴη λόγος τῶν τῆς ψυχῆς βραβευτὴς ἀσφαλὴς ἀπορρήτων. οὐδ' ἂν οὐδέσιν ἔδει τοῦ λοιποῦ τῶν ἔξωθεν ἠθῶν καὶ χρωμάτων, ἀφθόγγοις ταυτὶ φωναῖς ἀναδιδασκόντων, ἀμυδρῶς μὲν πρότερον τελεωτικῶς δ' αὖ προχωρούσης τῆς πείρας, ὡς εὐχερέστερόν πως ἔχειν ἤδη κἀπὶ τὰς πρώτας αἰτίας καὶ διαλήψεις ὅπως ποτὲ τῶν τῆς ψυχῆς χρωμάτων καὶ διαθέσεων παραπέμπειν, κἀπί τι γνώριμον ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀεὶ ἀναφέρειν τὸν τῆς συνεχοῦς εἰκασίας εἱρμόν, καὶ ἐπερείδειν τοῖς πρώτοις ἴχνεσι τὰς κατόπιν ἐφόδους τῶν ἀναλογισμῶν. ὁρῶν γὰρ ὡς κἀκ τῶν οἰκείων οὐδὲν οὐδαμῇ οὐδενί ποτε οὐδ' αὐτοί γε ἐγκαλλωπίζεσθαι ἔχοντες ἐπὶ τἀφανὲς καταφεύγουσι τῶν ὀνείρων, τοῖς τὰς τραγῳδίας γράφουσιν ἥκοντες ἐς ταὐτόν, οἷς αἱ καταστροφαὶ καὶ ἐσχατιαὶ τῶν δραμάτων θεοῦ τινὸς ἐκ μηχανῆς προσδέονται, μὴ δυναμένοις ῥᾳδίως ψευδῶν καὶ παραλόγων προτάσεων ὑποθέσεων εὐφυὲς ἐπάγειν τέλος. καὶ οὗτοι γὰρ τὰ

concitatione animum impellente. quot enim sunt hominibus corporis colorum et habitus mutationes, tot etiam animi affectuum differentiae, quos in infinitum et immensum extendi facile videris, ita ut cognitio revera nunquam certum quendam statum obtinere possit. ea res enim omnem virorum sapientium eruditionem et cogitationem superat et omnes omnino rationes doctrinae artisque illudit et tanquam vehementi atque dulci risui manifesto supponit. haud minimae profecto curae iis debebat esse, perscrutari, quanam ratione reconditi animi sensus certo diiudicari possent. tum quidem nemini in futurum opus esset externis moribus et coloribus, qui tacitis quibusdam vocibus de iis nos edocent, initio quidem tecte atque obscure postremo autem procedente exploratione iam facilius etiam ad primas causas et institutiones colorum et habitus animi ducunt atque sensim paulatimque continuae comparationis ordinem illustrant primisque vestigiis insequentem observationum cursum superstruunt. ad incerta somnia confugiunt eodem more, quo tragoediarum scriptores in conversionibus et exitu fabularum deo quodam ex machina opus habent, quum ipsi non facile propositionum falsarum et rationi non consentanearum finem aptum adducere possint. atque isti quoque falsas ex somniis praedi-

πέρατα τῶν ψευδῶν ἐξ ὀνείρων προρρήσεων εἰς τοὐναντίον ὁρῶντες ἰόντα, τὸ τῶν ὀνείρων αὖ αἰτιῶνται ἀμφισβητήσιμον. ἡδέως δ' ἂν ἔγωγ' ἐροίμην αὐτούς, πῶς τοῖς αὐτῶν ἔργοις ἐναντιοῦται θεός, καὶ τὰς τῶν προρρήσεων ἐκείνων ἐλπίδας ἀεὶ στρέφει πρὸς τἀναντία, καὶ μάλισθ' ὅτε τῇ σφῶν δυσσεβείᾳ καθ' ἡμῶν τὸ κράτος ἡ βασιλεία παρέχει τερανώτερον· τότε γὰρ καὶ ζημίαι προσγίνονται, βασιλεῦσι μὲν περὶ τὰ φίλτατα, Ῥωμαίοις δὲ κοινῇ περὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ δημόσιά τε καὶ καθ' ἕκαστα πράγματα, καὶ ναυαγίων οἷον ἐμπίπλαται πάντα καὶ κινδύνων παντοδαπῶν· ἐχρῆν γὰρ εὐδαιμονίαν ἀποδιδόναι σφίσι πραγμάτων καὶ πλάτος ἀρχῆς, ἅτ' ἐκδικηταῖς τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ δογμάτων καθισταμένοις καὶ κολασταῖς τῶν ἀνόμων, καὶ μὴ μᾶλλον παρὰ τοσοῦτον αὔξειν τὰ χείρω παρ' ὅσον αὔξην αὐτοὶ τοῖς καθ' ἡμῶν παρέχουσι διωγμοῖς. δυοῖν γὰρ ἔποιτ' ἂν θάτερον, ἢ τὸν θεὸν ἄδικον εἶναι νομίζειν ἐναντιούμενον τοῖς, ὥς αὐτοί γε δήπου φαῖεν ἄν, ὑπερμαχοῦσι τῶν θείων δογμάτων, ἢ δίκαιον ὄντα, σφίσιν ἄδικα δρῶσι περιφανῶς ἀντιπράττοντα, πράττειν καλῶς, ἵνα τοῖς ἀσυνέτοις ἐγγίνηται σύνεσις καὶ τῶν καθ' ὑμῶν αὐτοῖς πραττομένων μετάνοια. ἀλλ' ὁ νοῦς αὐτῶν εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσὼν ἐκτετύφλωται, καὶ σύνεσιν πᾶσαν καθάπαξ " ἀπεί- f. 112 a.
παντο.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπειδή περ οὔπω καὶ τήμερον τοῖς τοῦ Πα- 7

ctiones contrarium exitum sortiri quum videant, somniorum rursus accusant ambiguitatem. lubenter vero equidem eos rogaverim, qui fiat, ut deus eorum facinoribus adversetur et semper spes ex praedicationibus conceptas in contrarium vertat, quum praesertim eorum impietati in nos imperatores maiorem atque evidentiorem vim addant. imperatores enim rebus carissimis orbantur, Romanorum urbes resque publicae atque privatae detrimenta capiunt, omnia veluti naufragiis omnique discriminum genere implentur. debebat vero deus iis rerum felicitatem et imperii amplificationem praebere, utpote patriorum institutorum atque dogmatum vindicibus et illegitimorum castigatoribus. neque vero iis eo maiores calamitates infligere, quo magis nostram persecutionem intendunt. ex duobus enim alterum necessario consequitur, ut aut deus iniustus habeatur, quum divinorum dogmatum defensoribus, quo nomine sese ipsi facile appellaverint, adversetur aut ipse iustus iis iniuste agentibus quum sese manifesto opponat, bene faciat, ut imprudentibus prudentiam et eorum, quae in nos commiserunt, poenitentiam iniiciat. sed mens eorum in dementiam praeceps delata omnem omnino exuit prudentiam.

Sed quoniam nondum usque hodie, quum peregrinatus fueris,

εἰ δυνατὸν αὐθημερὸν αὐτῷ τοῦ παντὸς πολέμου τὸ τέλος κριθήσεσθαι, ἢ πολύν τινα τρίβεσθαι χρόνον τῇ μάχῃ, τῶν πολεμίων δῃούντων νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὴν χώραν. ὅθεν ἐκτάξας τὸν στρατὸν καὶ μερίσας εἰς φάλαγγας, καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις καὶ Θηβαίοις τὸ λαιὸν κέρας δούς, αὐτὸς δ' ἔχων τὸ δεξιόν, ἦγεν ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, πρὸς συμ-
B *πλοκὴν προκαλούμενος σφᾶς. ἀναπηδήσαντες οὖν εὐθὺς ἐπὶ τὰ ὅπλα κἀκεῖνοι, καὶ μικροῦ κενὰς ἀπολιπόντες τὰς ναῦς, εὐρώστως μὲν ἀπήντων ἐν ταῖς ἀρχαῖς· ἔπειτ' ἐπιρρυείσης τῆς ἵππου γενναίως, καὶ ἅμα τῆς πεζικῆς φάλαγγος πανταχόθεν ἐπιχυθείσης βοῇ καὶ ἀλαλαγμῷ, μὴ δυνάμενοι φέρειν ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν, καταπατούμενοί τε καὶ τιτρωσκόμενοι. νυκτὸς δ' ἐπὶ τούτοις γενομένης καὶ τῆς μάχης διαλυθείσης, ἐπὶ τὰς οἰκείας ἐνέβαινον ναῦς, οὐχ ὅσοι ἧκον, οὐδὲ μεθ' ὁμοίου τοῦ σχήματος, ἀλλὰ μάλα γέ τι ἀντιστρόφως· εἶναι μὲν γὰρ τοὺς ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐκείνῃ γῇ πεπτωκότας οὐχ ἧττον πεντακοσίων, τραυματίας δ' αὖ οὐχ ἧττον ἢ τοσούτους γεγενῆσθαι. ὡς καὶ ἀναγκασθέντας ἔτι νυκτὸς οὔσης πλημμελῶς ἐκπλεῦσαι, λειπομένας ἐρετῶν ἐνίας παρέλκοντες ναῦς. τάχιστα δ' ὁ ναύαρχος ἐκεῖνος καὶ στρατηγὸς τοῦ Βενετικοῦ στόλου δύο τῶν οἰκείων ἑλκύσας νεῶν ἐκ τῶν θαλαττίων ὑδάτων, τὰς μᾶλλον τῶν ἄλλων ταχυναυτούσας, καὶ ὡς ἐνῆν ἐκ τοῦ σχεδὸν καθοπλίσας, τὴν μὲν ἐς τὴν τῶν Βενετικῶν ἀριστοκρατικὴν ἀπέστειλεν ἐξουσίαν, φράσουσαν τὰ πεπραγ-*

enim esse duxit, eo die, si fieri posset, in omnium rerum discrimen pugnari, quam in longum tempus certamen protrahi, hostibus dies noctesque vastantibus agros. quare instructo exercitu ordinibusque distributis, Atheniensibus et Thebanis in laevo cornu collocatis ipse dextro cornu imperans ad hostes duxit eosque ad certamen proelii conserendum provocat. hi statim armis sumptis navibusque fere vacuis relictis initio quidem fortiter instabant; deinde vero equitum turmis alacriter in eos irruentibus peditumque legionibus ab omni parte clamore sublato invadentibus, impetum sustinere non poterant, sed pedem referebant proculcati atque vulnerati. noctis interventu proelio dirempto naves conscenderunt nequaquam tam multi, quam venerant neque eodem habitu sed admodum sane contrario. nam in terra hostili non minus quingenti homines occiderant neque minor militum numerus vulneribus erat affectus. quare ipsa nocte sine ordine proficisci coacti sunt, quasdam naves remigibus nudatas secum trahentes. Venetae autem classis praefectus atque dux celerrime duabus navibus, quae prae ceteris celeres et expeditae erant, ex mari extractis rebusque obviis, quantum fieri potuit, armatis, alteram misit Venetias, quae

μένα, τὴν δ' ἐς Βυζάντιον, δηλώσουσάν τε τὰ αὐτὰ τοῖς ἐνταῦθα Βενετικοῖς, καὶ ἅμα κατασκεψομένην τοὺς πολεμίους ὅπῃ πορεύοιντο.

Ταύτῃ δὴ τῇ νηὶ καὶ αὐτὸς ἐμαυτὸν ἐμβιβάσας ἧκον 96 ἄχρι τοῦ Ἑλλησπόντου· αὐτόθι γὰρ ὁρμισαμένῃ καὶ τὰς κώπας σχάσασα παρὰ τὸν τῶν Τενεδίων λιμένα ἡ φέρουσα ἡμᾶς ἐκείνη ναῦς τὸν τῶν πολεμίων ἠκηκόει στόλον ἐς Χίον κατάραντα, ἐπιμελείας τε ἕνεκα τῶν πεπληγότων, καὶ ἅμα f. 107 a. ὅσον δύναιντ' ἂν τοὺς τῶν τετελευτηκότων ἐν τῇ μάχῃ τόκους ἐκλέξασθαι, ὁπόθεν ῥᾷον ἂν εἴη σφίσι. διὸ τὰς μὲν ἀγγελίας τῆς νίκης εὐζώνῳ τινὶ δεδωκυῖα ἀνδρὶ πέπομφεν ἐς Βυζάντιον, αὐτὴ δ' ἀναζεύξασα τὴν ταχίστην ᾤχετο ἐς Εὔβοιαν ἀπιοῦσα. ἐμοὶ δὲ τέτταρας ἡμέρας ἐκεῖ περιμείναντι θεάσασθαι προσεγίνετο Τροίας ἐκείνης σκιώδη μνήματα, ἧς πολὺς Ὁμήρῳ τῷ πάνυ λόγος, ὅτι μυρίανδροι στόλοι δι' Ἑλένην ἐκείνην ἐπ' αὐτὴν καταπλεύσαντες πολλούς τε ἀπώλεσαν τῶν οἰκείων ἥρωας καὶ αὐτὴν μετὰ δέκα ἔτη τελέως ἐξηνδραποδίσαντο. ἐθεασάμην δ' ὁμοῦ καὶ Σκαμάνδρου ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς, ὃς Ἴδης ἀποβλύζει τοῦ ὄρους, οὐχ ὡς Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι καόμενον γράφει τὰς ὄχθας ὑπὸ Ἡφαίστου δι' Ἀχιλλέα τὸν Θέτιδος, καθ' ὅσον ἐκεῖνο αὐτονομουμένῃ μυθεύεται γλώττῃ, ἀλλὰ κρίνα καὶ λόχμας καὶ χλόας περὶ αὐτὸν ὡραῖα πάντα καὶ τὴν Ὁμήρου γλῶτταν ἐλέγχειν ἱκανά.

potestatem aristocraticam de rebus gestis certiorem faceret, alteram Byzantium, quae idem nuntiaret Venetis ibi versantibus simulque specularetur, quo hostes proficiscerentur.

Hac navi ego ipse vectus perveni ad Hellespontum, ubi quum remis inhibitis ad portum Tenediorum in ancoris commorabamur, nuntius allatus est, hostium classem, ut saucios curaret et quantum fieri posset loco eorum, qui in proelio ceciderant, supplementa unde expeditum esset, scriberet, ad Chium insulam esse appulsam. quare navis, nuntio victoriae, quem Byzantium perferret, homini expedito commissa, ora soluta quam celerrime potuit Euboeam repetiit. mihi vero quatuor illic dies commoranti opportunitas dabatur Troiae illius obscura vestigia invisendi, de qua multus est clarissimus Homerus, quod classis innumerabilis ob Helenam in eam profecta multis heroibus amissis post decem annos funditus eam diripuit. videbam etiam Scamandri fluvii ostia, non quidem, ut Homerus in Iliade scribit, ripis a Vulcano ob Achillem Thetidis filium adustis, quatenus illud libera fabulatus lingua, sed lilia silvaeque ac herbae insigni pulchritudine circa eum florent, quibus rebus Homeri lingua mendacii satis arguitur. sit ita sane.

27 *Εἶεν. ἐγὼ δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁλκάδος ἀναγομένης τυχὼν ἐς Βυζάντιον οἴκαδε ἀφικομένην, οὐδὲν νομισμάτων ἐπιφερόμενος δέκα χρυσῶν ἐπέκεινα (πάντα γάρ μοι κατὰ τὰς περιόδους ἐκείνας ἀνάλωται) — δόξαν οὖν ἐμοὶ ταῖς καθ' ἕκαστα χρείαις ἀναγκαιότερα τὰ καθ' ἕκαστα καὶ λεπτότερα μέρη τῶν νομισμάτων ὑπάρχειν, τῶν τοιούτων εὐθὺς ἠλλαξάμην ἐκεῖνα. καὶ προσεληλυθὼς ἐς τὴν ὑστεραίαν τοῖς τὰ ὤνια πιπράσκουσιν, εὗρον ἐκπεπτωκὸς τὸ ἐν χερσὶν ἐκεῖνό μοι χάραγμα, καὶ ἐς τοσαύτην κατενεχθὲν ἡμέρᾳ μιᾷ τὴν ὕφεσιν ὡς τὴν τῶν δέκα μοι νομισμάτων ἐκείνων ποσότητα καταβῆναι μέχρις ὀκτώ. καί μοι πρὸς οὖς παρεληλυθώς τις τῶν πάλαι συνήθων, αὐθημερὸν ἐκέλευεν ἐξαντλεῖν ἅπαν τὸ κέρμα ἐς τὰ τῆς χρείας ἀναγκαιότερα, μὴ καθ' ἡμέρας ἀεὶ τῶν τοιούτων, ὡς ὁρᾷς, ἀστατούντων εὐρίπου δίκην, καταστῇ σοι ταυτὶ κεκτημένῳ κεκτῆσθαι μηδὲν ἐν βραχεῖ. καὶ μέντοι καὶ ἐθαύμασα, νὴ τὸν φίλιον, ὅπως ἀνέχεται τὰς οἰκείας ἀκτῖνας ὁ ἥλιος ἐπιλάμπων τῇδε τῇ γῇ. ποιεῖ δ', ὡς ἔοικε, μακροθυμίας τρόπους φωναῖς ἀφθόγγοις διδάσκων ἡμᾶς ὁ λόγου μηδαμῇ μετασχών, τοὺς λόγῳ μὲν τιμηθέντας πρὸς τοῦ κοινοῦ δημιουργοῦ, νομίμοις δ' ἀεὶ ῥυθμιζομένους ἐκεῖθεν παραγγελίαις, ἐπαΐοντάς γε μὴν οὐδενὸς οὐδαμῇ ποθ' ὧν ἁπάντων ἐχρῆν.*

28 *Ἀλλὰ πρῶτον ἔμοιγε τοῦτο λογισμῶν ἁλμυρῶν ἐγεγό-*

Ego vero navem onerariam postero die Byzantium navigaturam nactus, domum veni non amplius decem aureis nummis mecum portans, reliquis omnibus in itineribus istis consumptis. arbitratus vero, singulis rebus necessariis emendis magis idonea esse randuscula et minoris notae nummos, aureos illos hisce statim commutabam. die autem insequenti quum venalium rerum venditores adissem, abolitam esse reperiebam pecuniam, quam in manibus habebam eiusque pretium uno die adeo imminutum, ut decem illi nummi octo tantum exaequarent. quare vetus quidam amicus in aures mihi insusurravit, ut protinus eodem die omnes nummulos ad res necessarias emendas adhiberem, ne rebus quotidie Euripi instabilis instar fluctuantibus mihi accideret, ut brevi tempore, quod tunc haberem, ad nihilum redigeretur. atque sane miratus sum, me Dius Fidius! quomodo sol sua luce hancce terram collustrare sustineat. patientiae suae rationes vocibus tacitis ipse sermonis expers nos a communi rerum opifice sermone praeditos docere videtur, qui, quamquam semper inde praeceptis iustis instituti atque gubernati, nihil tamen unquam eorum, quae opus sunt, cognoscamus.

Hoc igitur primum naufragium acerbas cogitationes iniecit animo

νει ναυάγιον μετὰ τὴν μακρὰν ἐκείνην ἐληλυθότι θάλασσαν, δεύτερον δ' ἡ τῶν πατρίων τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας δογμάτων κατάλυσις, δι' ἣν ἀρχόμενον ἔτι καθάπερ ὀψιγενὲς ἐν ληΐῳ ζιζάνιον φύεσθαι, καὶ ἅμα σοῦ προαγορεύοντος ἀκούων μέλλειν δι' ἔκτισιν ἁμαρτιῶν συγχωρεῖν τὸν θεὸν κατὰ τῆς ἡμῶν εὐσεβείας διωγμόν, καὶ ξυννενοηκὼς αὐτὸς ἐμαυτὸν οὐ δυνησόμενος οἴσειν, φυγὰς ἐθελοντὴς γεγένημαι τῆς ἐμῆς ταυ- f. 107 b. τησὶ πατρίδος ἐφ' ὅλην ἤδη εἰκοσαετίαν. εἴθε δ' ἔτι προσετίθετο καὶ πλείων χρόνος τῇ φυγῇ. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικε, θαλάσσας θαλασσῶν ἀλλάξασθαι βιαιοτέρας πολλῷ τῶν ὑπερορίων. πλείστους γὰρ ἐν ἀλλοτρίᾳ τόπους διελθόντι καὶ πλείστην περαιωσαμένῳ θάλασσαν, τοιαύταις οὔπω καὶ νῦν ἐπιτετυχηκέναι θαλάσσαις ξυνεπεπτώκει μοι, ὅτε μᾶλλον καὶ ὅπῃ μᾶλλον ἀναπνεύσειν ᾠήθην ἐπανιών. πᾶσα μὲν γὰρ ἐκείνη θάλαττα καὶ κλύδων ἅπας ἐκεῖ σώματος ἠπείλει θάνατον, οὗ τὴν ἔφοδον καὶ φύσεως ἀθάνατος ψῆφος ἐνομοθέτησε πρότερον· οἱ δὲ τῶν θείων δογμάτων χειμῶνες καὶ κλύδωνες ἀθανάτου ψυχῆς ἐπαγγέλλονται θάνατον, ἥκιστα πέρας οὐδὲν οὐδαμῇ ποτ' ἐνεγκεῖν δυνάμενον. καίτοι οὐδὲ 29 πόρρωθεν οὐδ' αὐτὸς τῶν τοιούτων κυμάτων τελέως ἀνήκοος ἦν. ἀλλά μέ τις ὑπέσαινεν ὅμως ἐλπίς, μεμνημένον τῆς πρός σὲ τοῦ βασιλέως φιλίας καὶ τῶν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὁμι-

quum mare illud vastum permensus essem; secundum autem patriorum dogmatum ecclesiae dei eversio; quam quum quasi lolium in arvo serotinum enasci coeptantem viderem atque te audirem praenuntiantem, fore, ut deus pro peccatorum vindicta persecutionem nostrae religionis admitteret, ex hac mea patria, quod id me tolerare non posse intelligebam, per integros viginti annos profugus degi. utinam longius etiam tempus fugae addidissem! sed debebam, ut videtur, fluctibus fluctus multo peregrinis saevioribus permutare. quamquam enim in plurimis alienis locis peregrinatus plurimaque maria transvectus sum, nusquam tamen, in tales fluctus incidi, quales hic coorti sunt, quo reversus nunc quam maxime me recreaturum esse sperabam. omnia enim ista maria omnesque isti fluctus corporis mortem minitantur, cuius ingressus etiam naturae immortali decreto praefinitus est; sanctorum autem dogmatum tempestates atque procellae immortalis animae denunciant mortem, quae nullum unquam finem sortiri possit. quamquam autem tantos fluctus hic excitatos esse ne procul quidem plane ignorabam, spes tamen admodum blanda me tenuit, quum recordarer amicitiae, quae tecum imperatori intercederet, consuetudinisque illius nocturnae et diurnae, quam summa cupiditate ardentique animo tecum exerceret, priusquam ad solium imperatorium evectus esset, atque ut

λιῶν ἐκείνων, ὁποίας ἐκ πόθου καὶ φλεγομένης ψυχῆς ἐποιεῖτο πρὸς σέ, καὶ πρὶν ἐς τὸν βασίλειον αὐτὸν ἀναχθῆναι θρόνον, καὶ ὅπως τῆς σῆς ἐξήρτητο μὲν καὶ γλώττης καὶ γραφῆς, ἀφθονωτέρους δ' αὐτὸς τοὺς ἐντεῦθεν ἐτρύγα καρπούς, ὡς εἶναι μηδένα τῶν πάντων ὅτῳ ποτ' ἂν οἰηθῆναι ἐνῆν ἐγγενέσθαι τῷ ἤθει τροπήν ἐκείνου τινά, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ συνεπεδιδόναι ταῖς τοῦ χρόνου τύχαις. νῦν δ' ἐληλυθὼς καὶ μαθὼν ὡς ἐκ διαμέτρου τὰ πράγματα σταίη, καὶ ἀμοιβὰς σοι διδοίη τῶν πόνων καὶ φίλτρων οἵας σοὶ μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀθλοῦντι φέρειν ἐχρῆν, ἐκείνῳ δ' ἐπιφέρειν οὐ μάλα ἐχρῆν (οὔτε γὰρ οἱ διώκτῃ γενέσθαι τῆς εὐσεβείας ἐχρῆν, οὔθ' ὅπως ποτὲ γενομένῳ κατὰ σοῦ κινῆσαι τὴν γνώμην ὅλως ἐχρῆν), σὲ μὲν ἐμακάρισα τῆς καρτερίας, αὐτῷ δ' ἠχθέσθην σφόδρα γε τῆς ἀπονοίας. μᾶλλον δ' ἐδάκρυσα τῆς ἀπωλείας τὸν ἄνθρωπον. καὶ μέντοι καὶ ἐθαύμασα, καὶ θαυμάζων οὐ παύσομαι, πῶς τοσοῦτον ὁ ταλαίπωρος ἐλάνθανε χρόνον ἀγρίους οὕτω θῆρας κακίας ἐν τῇ λόχμῃ βόσκων τῆς ψυχῆς. εἰ μὲν οὖν ἱεροῖς τισὶ καὶ ἀπορρήτοις εἴη λόγοις ἐνδιαιτώμενον τὸ πρᾶγμα, θαυμάζοιμι μέντ' ἂν ἀεὶ σιωπῶν, ζήτησιν δ' οὐδεμίαν οὐδαμῇ ποτὲ λύσεως προσενέγκοιμ' ἂν οὐδενί. ἀλλ' ἀντὶ πάντων τὰ τῆς σῆς ἀρκέσει μοι θεωρίας πρὸς θεραπείαν φάρμακα, καὶ εἴ τιν' ἄλλοσε φέρουσαν βούλοιο κοινὴν ὁμι-

tuis sermonibus scriptisque devinctus uberrimos fructus inde collegisset. quare tantum aberat, ut eius mores mutationem quandam subire posse quis putaret, ut eos etiam temporis atque fortunae conditionibus incrementum capturos esse arbitraretur. quum autem post adventum meum cognoscerem, rerum statum plane contrarium esse et eum tibi pro laboribus atque amoribus gratiam talem referre, qualem tu quidem ut religionis athleta accipere debebas, ille vero haudquaquam referre debebat (neque enim religionem unquam persequi neque, si quando hoc faceret, sensum suum in te ulla ex parte mutare eum decebat), te quidem ob fortitudinem felicem praedicabam, illi autem ob dementiam suam perquam succensebam; vehementius tamen eius interitum illacrimabar. mirabar sane neque unquam mirari desinam, quomodo miser iste tantum temporis tam feras atque improbas belluas in animi latebris clam alere potuerit. si res sacris quibusdam et arcanis rationibus involuta est, tacite eam semper mirabor neque unquam ex ullo quaesiverim, quomodo expediri possit. sed prae ceteris omnibus ad meam curationem sufficient medicamenta; quae tuae contemplationes praebent, etiam si colloquium de aliis rebus mecum instituere velis. sin autem mente doctam quandam cogitationem conceperis, ne

λίαν. εἰ δ' εἴη τις παρὰ σοὶ ταμιευομένη σχολαστική τις ἐπίνοια, μὴ κατόκνει κἀμοὶ κοινοῦσθαι, φιλότης, καὶ φάρμακον ἐμοὶ μὲν ἀπορίας μακρᾶς ἐπάγειν τῇ διανοίᾳ νοσούσῃ τὸ μέρος τουτί, σοὶ δ' ἀναπνοήν τινα τῶν τῆς λύπης Ὀλύμπων, ἥν σου τῇ ψυχῇ προσήνεγκαν οἱ τῶν πατρίων δογμάτων χειμῶνες καὶ οἱ τῶν πονηρῶν ἀρχόντων ἀντίπρῳροι κλύδωνες. φέρειν γάρ τι παραμύθιον οἶδεν ἐξαγγέλλειν τὰς ὅπως ποτ' ἐπιούσας ἐξ ἀφανοῦς τραγῳδίας, καθάπερ καπνοῦ τῆς ὀδύνης ἀφιπταμένης διὰ τῆς γλώττης.

Ἐγὼ δ' ὑπολαβών, περὶ μὲν λύπης, ἔφην ἐνταῦθα, φί- B
λων ἄριστε Ἀγαθάγγελε, οὐδὲ πολλοῦ μοι πρὸς σὲ δεήσειν
οἶμαι " λόγου. τοσοῦτο γάρ μοι περίεστι λύπης ὅσον δήπου f. 108 a.
χαρᾶς. χαίρειν μὲν γάρ μοι περίεστιν ἤδη πρὸς τὰς αἰωνίους ἀμοιβὰς ἀφορῶντι, αἳ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἠγωνισμένοις ἀπόκεινται, ὃ μέγιστον εἰς παραμυθίαν τοῖς λυπουμένοις ἐφόδιον. λυποῦμαι δ' οὖν μᾶλλον ὁρῶν τὸν σάλον τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸ τῶν διωκόντων ἀρχόντων ἀνάλγητον, μηδεμίαν ἐχόντων φροντίδα ψυχῆς, μηδ' ὀψὲ γοῦν ἐν νῷ λαβεῖν ἐθελόντων ὡς ἔστι τις θεόθεν τῶν βεβιωμένων τίσις. μάλιστα δ' ἁπάντων τὸ τοῦ φίλου Καντακουζηνοῦ με δάκνον ἕστηκεν ἐγγύθεν πρᾶγμα περιφανῶς, ὅτι μοι τὴν φιλίαν ἀκήρατον διασώζοντι πρὸς αὐτόν, καὶ τὰ βέλτιστα συμβουλεύοντι, φείδεσθαι μὲν ψυχῆς τῆς αὐτοῦ φείδεσθαι δὲ παί-

cesses, carissime, mecum eam communicare, ut animo meo ab hac parte magna consilii inopia laboranti medicinam afferas, tibi autem respirationem a maestitiae ingenti onere, quo tanquam Olympo premeris, quod patriorum dogmatum tempestates fluctusque adversi ab improbis imperatoribus excitati menti tuae iniunxerunt. solatium enim quoddam nobis adducere solet tragicarum calamitatum utcunque in nos invadentium narratio, dolore tanquam fumo per linguam evolante.

Ego vero orationem excipiens: „de tristitia, inquam, optime amicorum Agathangele apud te non multis verbis mihi opus esse arbitror. tantum enim tristitiae mihi suppetit, quantum laetitiae. laetitia enim afficior, quum specto ad aeterna praemia, quae religionis defensoribus proposita sunt, quod tristibus ad consolationem maximum affert adiumentum. maiore autem dolore corripior ecclesiae videns turbationem et Imperatorum qui eam persequantur, duritiem, qui nulla habita animae suae ratione ne sero quidem eam sibi opinionem informare volunt, a deo poenam facinorum atque vitae repeti. maxime autem me mordet atque sollicitat carissimi Cantacuzeni facinus manifeste in me commissum; is enim, quam sinceram in eum servarem amicitiam optimaque ei darem consilia, ut parceret suae animae, ut par-

δων ἀξιοῦντι, καὶ εἴ τις εἴη τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων αὐτῷ, ὀργῆς θείας διαδοχὴν ἀφιέντα πᾶσιν αὐτοῖς προφανῶς, ὃ δέ με τῶν ἐχθίστων ἐνόμισεν ἕνα δι' ἃ με μᾶλλον ὡς εὐεργέτην φιλεῖν ἐχρῆν. καὶ ὅτε μᾶλλον εἶχε, τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένος καὶ δυνάμενος, εἴπερ ἐβούλετο, τὴν φύσιν δεικνύναι ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς γνώμης κειμένην, ὃ δ' ἀνεκάλυψε δέσμιον ὄνθ' ἑαυτὸν τοῖς ἐκ διαμέτρου κακοῖς, σκηνὴν τὰ πρὶν καὶ δρᾶμα ἐφήμερον ὄντα δείξας ἅπαντ' ἐκεῖν' ἐν βραχεῖ. διό μοι θαυμάζειν περίεστι τοὺς σοφοὺς οἵ φασιν ἐκεῖνον περὶ φίλους ἑδραῖον καὶ μόνιμον εἶναι δύνασθαι, ᾧ μὴ φιλοδοξίᾳ λατρεύειν ἔνεστι· τῷ γάρ τοι φιλοδοξοῦντι φίλῳ εἶναι πάντως ἥκοιτ' ἂν αὐτοῦ γε ἀνθρώπου, ὅτι μὴ τῆς ἀνθρωπίνης δόξης, ἧς ἕνεκα πάντα δρᾷ καὶ πᾶσιν ἐγχειρεῖ, καὶ χρόνου στοχάζεται καὶ τύχαις ὁμιλεῖ παντοδαπαῖς καὶ ῥᾷστα τοῖς τῶν ὡρῶν συμμεθίσταται κύβοις χαμαιλέοντος τρόπον, πανταχόθεν τῆς γνώμης αὐτῷ πραγματευομένης εὐκαιρίαν εἰπεῖν κακοδαιμονίας καὶ τοῦ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ τοῖς πᾶσιν ἄπιστα δεικνύναι. γίνεται γὰρ ῥᾷστα μὲν ἐχθρὸς οἷς ἐδόκει φίλος, 81 ῥᾷστα δ' ἐπίβουλος οἷς ἔναγχος ἐδόκει σύμβουλος. οὗ χεῖρον μὲν οὐδὲν ἐν βίῳ ῥᾴδιον οἶμαι εὑρεῖν, καθάπερ αὖ ἐκ διαμέτρου τοῦ καλοῦ τε καὶ μονίμου βέλτιον οὐδέν. τούτοις δ' ἅπασιν ἐπιστατοῦσι μὲν μυστικοί τινες λόγοι προνοίας,

ceret saluti liberorum et si quis sanguine eum attingeret, quippe quibus omnibus manifesto irae divinae vindictam in posterum relicturus esset, me sibi inimicissimum ob ea ducit, ob quae me potius ut optime de se meritum amare debebat. atque quum maxime imperio occupato naturam optima sentiendi ratione indutam, si vellet, exhibere posset, ille vitiis prorsus ab ea abhorrentibus sese obstrictum teneri luculenter demonstravit et, quaecunque antea fecisset, ea omnia nihil fuisse nisi scenam et spectaculum ad tempus aditum brevi manifestum fecit. quare non possum non admiratione prosequi sapientes, qui dicant, eum firma atque stabili amore amplecti amicos posse, in quo non insit cupiditas gloriae inserviendi. gloriae enim cupiditate incensus non poterit homini ipsi amicus esse, sed gloriae apud homines colligendae, cuius causa omnia agit, omnia suscipit, temporibus inservit, ad quodlibet fortunae genus sese applicat, facillime secundum temporum vicissitudines Chamaeleontis ritu sese commutat, animo undecunque opportunitatem captante, quo furorem suum, ut ita dicam, exhibeat et fidem omnibus infidelem praestet. facillime enim inimicus fit, quibus amicus videbatur, facillime insidias struit, quibus nuper consulere videbatur, quo peius quidquam in vita non facile inveneris sicuti contra honesto et constanti homine nihil est praestantius. haec omnia

τεκμαίρεσθαι δ' οὖν καὶ ἡμῖν ὅπως ποτὲ τὰ γινόμενα δίδωσιν ὡς πλοῦτος καὶ δόξα καὶ αὐτόνομος ἐξουσία σαφέστερον ἀνθρώπου δηλοῦσι γνώμην καὶ φύσιν ἢ πενία καὶ ὑπεξούσιος δίαιτα. δεσμῷ γὰρ ἀδοξίαν ἀκούσιον ἐοικέναι, μὴ κατὰ γνώμην ἐῶντι κινεῖσθαι. διὸ καὶ λανθάνειν ὡς τὰ πολλὰ μὴ τοὺς πόρρω πέφυκε μόνον, ὅτι μὴ καὶ οἷς πολύν τινα συνεῖναι γέγονε χρόνον, τὰ ἤθη τῶν πλείστων ὥσπερ χρώμασι τοῖς ἔξωθεν ἐπιτηδεύμασι τὸ τῆς γνώμης βάπτοντα πρόσωπον. ὡς ἐντεῦθεν ἐξεῖναι διδάσκεσθαι, οἷς συνῴκισεν ἡ φύσις σύνεσιν, μηδένα μακαρίζειν πρὶν ἂν εἰς τέλος ἀφίκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου, μηδ' αὖ διὰ τοὺς πρὶν ἁμαρτάνειν ἐν βίῳ νοσήμασι καὶ διαφόροις πάθεσι κολαζομένους μέμφεσθαι τῇ προνοίᾳ. οἶδε γὰρ ὁ πάντα πρὸς τὸ βέλτιον μετασκευάζων θεὸς τὸ καθάπερ ἐν σποδιᾷ τῇ γνώμῃ κείμενον πῦρ ″ τῆς φιλοδοξίας, ὡς ἐὰν δράξηταί τινος ῥώμης κινούσης οἷα f. 108 b. πνοῆς, πολλὴν ἀνεγείρει φλόγα κακίας. οὐ μέντ' ἂν οὖν εἴη τῶν ἀπεικότων, εἰ ἁπάντων καθάπαξ εἰπεῖν κἀπὶ τῷδε τἀνδρὶ πλανηθέντων πεπλανήμεθα καὶ ἡμεῖς, τοῦ πρὸς κακίαν οὐ μάλα ἑτοίμου μηδαμῇ πρὸς ὑπόνοιαν εὐχερῶς κινουμένου. θαυμαστὸν δ' ἂν δήπου μᾶλλον εἴη πῶς τοσοῦτον χρόνον ἀντέσχε νόθοις μὲν δουλεύων ἤθεσι, τὰ δ' οἰκεῖα συγκρύπτων, πρᾶγμα δυσμαχώτατον καὶ σφόδρα γέ τι δυσκαρτέρητον. εἰ

autem arcanis quibusdam Providentiae rationibus reguntur. rerum nobis ea, quae nunc geruntur, quodam modo documento esse possunt, divitias gloriamque ac liberam potestatem dilucidius hominis consilia atque indolem declarare, quam egestatem vitamque aliis obnoxiam. obscuritas enim ingloria invitis iniuncta similis est vinculo quod pro cuiusque arbitrio laxari nequeat. quare plerumque non solum remotioribus, sed etiam iis, qui longum per tempus cum iis versabantur, vera animi indoles plurimorum ignota est, quippe quum ii studiis suis quae prae se ferunt, tanquam coloribus animi faciem imbuant. inde discere licet, quibus natura prudentiam dedit, neminem felicem esse dicendum, priusquam ad finem venerit et vitam cum morte commutaverit, neque vero Providentiam incusandam esse, si qui etiam, antequam peccata commiserint, morbis et variis calamitatibus castigentur. deus enim, qui omnes res in melius traducit, scit cupiditatis gloriae ignem in animo quasi sub cinere latentem, qui robur quoddam nactus, quo tanquam flatu moveatur, magnum incendium improbitatis exsuscitaturus sit. non igitur ita mirum atque inconsentaneum est, si ab eo homine, abs quo omnes prorsus fallebantur, etiam nos fallebamur, quum, qui ipse ad improbitatem non admodum propensus sit, haudquaquam facile ad suspicandum adducatur. magis autem quis mirari possit, quo

μὲν γὰρ μὴ καλὸς τὴν φύσιν ἦν, τὰ δ' οὖν πλείω τῶν καλῶν ἐς τοὐμφανὲς ἐπιτηδεύων ἐλάνθανε, θαυμάζω τῆς καρτερίας τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τότε μὲν τοιοῦτος οἷος ἐφαίνετο τὴν ἕξιν τῆς φύσεως ἦν αὐτός, ἡ δὲ τῆς τύχης μεταβολὴ ῥᾷσθ' οὕτω καὶ ταύτην μεταβεβλήκει, παρὰ τοσοῦτον ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω τὸ σαθρὸν τῆς τοιαύτης ἕξεως, παρ' ὅσον ψέ- B γειν οὐκ ἔχω τὰ πρίν. τοιαῦτα γὰρ ἐκεῖνα οἷα πᾶς τις ἂν ἠγάπησε καὶ τεθαύμακεν, ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς πεποιήκαμέν τε καὶ τῇ παρούσῃ φιλοτίμως δεδώκαμεν ἱστορίᾳ· τοιαῦτα δὲ τὰ μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἀντίληψιν οἷα πᾶς τις εὐσεβῶς ζῆν ᾑρημένος μισήσει ἄν. θεῷ δὲ πάντως μελήσει περὶ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ᾧ τά τε τῆς εὐσεβείας ἀνεῖται σκῆπτρα καὶ τὰ τῆς ἐκδικήσεως μάλα τι ῥᾴδια ἐπεφύκει. ἐμοὶ γὰρ περιττὸν εἶναι δοκεῖ τὰ πᾶσι δῆλα διεξιέναι. εἴρηται δ' ὅμως καὶ ἡμῖν ἐν τοῖς ἀντιρρητικοῖς ὅσα πρὶν ἐπειλῆφθαι γέγονε τῆς βασιλείας Καντακουζηνόν. ἐν δέ γε τοῖς ἑξῆς αὖθις ἔνια τῶν ἐφεξῆς τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ παρέσχομεν ὡς ἐν διηγήσεως τρόπῳ, καὶ οὐ σφόδρα γέ τι ἀγωνιστικῶς· οὐ γὰρ ἄδειαν παρεῖχέ μοι τὰ καθ' ἡμᾶς ναυάγια. ἢν δὲ θεὸς ἐθέλῃ ζῶσιν ἡμῖν τὸν τῆς αἰθρίας ἀναλάμψαι καιρὸν καὶ δοῦναι παρρησίαν πλατεῖαν τῇ γλώττῃ, λελείψεταί μοι λιπεῖν τῶν πάντων οἶμαι ἄρρητον οὐδέν. νῦν δ' εἴγε βούλοιο σὺ παρέχειν ἡμῖν

pacto iste tantum temporis alienis moribus servire, suam autem indolem celare sustinuerit id quod mirum quantum arduum est et mehercule vix ferendum. si enim quamquam ipse inhonesto animo praeditus, tamen res plurimas honeste palam agendo homines fefellit, admiror eius perseverantiam; sin autem tum quidem, qualis videbatur, talis revera erat et fortunae commutatio etiam animi indolem tam facile commutavit, usque adeo non possum laudare talem naturae imbecillitatem, quatenus res antea perpetratas vituperare nequeo. eae enim erant eiusmodi, ut quivis eas amaret et admiraretur, quod etiam nos fecimus et hac historia ambitioso studio persecuti sumus. post imperii autem occupationem ea edidit facinora, quae oderit, quicunque pie vivere velit. deo autem, cui religionis sceptra permissa sunt et cui potestas poenae repetendae admodum expedita adest, sua ecclesia sane curae cordique erit. mihi enim supervacaneum videtur explicare, quae omnibus nota sunt, quamquam in Antirrheticis etiam ea exposuimus, quae gesta sunt, antequam Cantacuzenus imperio potitus esset. deinde non nulla ex iis, quae insecuta sunt, rursus hac historia perscripsimus, narrantis partes tantum agentes, non certantis. non enim securitatem nobis praebuerunt nostra naufragia. sin autem deus no-

ἀφορμὰς ὁμιλίας ὥσπερ ὅσα τῆς ἐκδημίας τῆς σῆς ἀναγκαῖα τῇ φύσει τῆς ἱστορίας ποθοῦσι παρέσχες πατριαρχῶν τε πέρι καὶ ἐπισκόπων τῶν πανταχῇ τὴν ὀρθόδοξον τηρούντων πίστιν καὶ ἅμα γυμνῇ διδασκόντων τῇ κεφαλῇ τὰ τῆς εὐσεβείας ἐν μέσοις ἔθνεσι δόγματα, οὕτω καὶ νῦν μετὰ τὴν ἐς τὰ οἴκοι ἐπάνοδον, ὅσα δήπουθεν ἠκηκόεις ἐνταῦθα πρός των πολλῶν ἀναμὶξ καὶ ἰδίᾳ περί τε τῆς γενομένης παρὰ τῶν τῆς εὐσεβείας διωκτῶν λῃστρικῆς καθ' ἡμῶν συνόδου, καὶ ὅσα περὶ τῶν θείων δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἐνστάντες ἡμεῖς ἐπεπόνθειμεν, καὶ ὅπως διαθέσεως ἔχουσιν ἡμῶν γε εἵνεκα τὰ διάφορα τῶν πλείστων ἤθη, ὅσοι τε τῶν εὐπατριδῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως τύχης τε καὶ γένους καὶ συνέσεως ἐχόντων, οὐδ' ἂν οὐδ' αὐτός γε ὀκνήσαιμι τὰ εἰκότα σοι ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ μὴν ἀρρωστίας καὶ ἀθυμίας ἁπάσης ὑπέρτερον πρᾶγμα θείην ἂν ἔγωγε τὴν σὴν ἀκοήν. ἀφ' οὗ γὰρ τὰς ἡμετέρας πᾶσιν ἀπέκλεισαν θύρας οἱ τῆς εὐσεβείας καὶ ἡμῶν δήμιοι, οὐ δεδύνημαί τι σαφὲς περὶ τῶν τοιούτων μαθεῖν οὐδὲν οὐδαμῇ πω μέχρι καὶ τήμερον," καὶ γίνεταί μοι διὰ πλείστης ἐφέσεως f. 109 a.
ἡ τούτων μάλα γέ τι γνῶσις. ἀναλαβὼν οὖν μοι λέγε ταῦτα πάντα καθ' ἕκαστον, προστιθεὶς καὶ τὸν καιρὸν ὁμοῦ καθ' ὅν τε αὐτὸς ἐς Βυζάντιον ἧκες, καὶ πρός γε ἔτι καθ' ὃν ἕκαστα τούτων ἀκήκοας, ὡς ἂν καθ' εἱρμὸν ἐκεῖθεν κατιού-

bis viventibus coelum serenare nostraeque linguae largam libertatem donare voluerit, nulla res, opinor, a me silentio tecta praetermittetur. iam vero, si nobis nunc, ut ex peregrinatione tua, quae historiae naturae atque indoli convenirent, cupientibus nobis exposuisti de patriarchis et episcopis ubique terrarum orthodoxam fidem tuentibus et nudo capite in mediis gentilibus pietatis dogmata docentibus, ita sermonem ordiri velis de iis rebus, quascunque hic post reditum in patriam promiscue ex vulgo et privatis audiveris quum de praedatoria synodo ab ecclesiae persecutoribus in nos coacta, tum quid nos sacrosanctorum ecclesiae dogmatum defensores perpessi simus, quomodo denique varii hominum animi sive nobilium sive alia fortuna, genere, prudentia utentium nostra causa affecti sint, tum ne ego quidem cessaverim, quae apta sunt, tibi respondere et vel valetudinis imbecillitate animique aegritudine posthabita tuam audire narrationem. quo enim ex tempore nostras fores omnibus clauserunt nostri et ecclesiae carnifices, nihil omnino de talibus rebus usque ad hunc diem accuratius discere potui, quamquam earum cognitio maxime mihi in optatis est. ad propositum igitur regressus omnia mihi singulatim exponas, addito etiam tempore, quo Byzantium redieris et quo quidque audive-

σης τῆς διηγήσεως εὐπαρακολούθητος καὶ ἡμῖν ἡ τῶν τοιούτων ἐγγίγνοιτο μάθησις ἑκατέρωθεν ἑκατέροις.

33 Ὁ μὲν δὴ χρόνος καθ' ὃν ἐπανιὼν κατέπλευσα, φησίν, ἐς Βυζάντιον, μετὰ κυνὸς ὑπῆρχεν ἐπιτολάς, λήγοντος ἤδη τοῦ θέρους. εὐθὺς οὖν ἀποβὰς τῆς νεὼς οἴκαδε ἀφικόμην, καὶ οἰκουρῶν διετετελέκειν ἡλίους ἑξῆς πεντεκαίδεκα, ἀναλαμβάνων τε ἐμαυτόν, καὶ τὴν ἐκ θαλάττης ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀποτριβόμενος ἀηδίαν. καὶ μὲν δὴ τῶν ἡμερῶν μεταξὺ τουτωνὶ προσιόντων ἄλλοτ' ἄλλων φίλων καὶ ὁμιλούντων ἡμῖν ἀκριβῶς ἀκηκοέναι μοι γέγονεν ἅπαντα, τήν τ' ὀνομαζομένην οὑτωσί πως σύνοδον, ὅπως τε ἐσχεδίασται, καὶ ὅσα πέπρακται παρανόμως ἐκεῖ πρὸς τῶν προέδρων τῶν Παλαμᾷ συμμαχούντων καὶ ἀνακεκαλυμμένως ἐπιορκούντων, ἔτι τε ὅπως τὸ μὲν τῆς πολυθεΐας ἠκύρωται δόγμα, τὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου μυστήριον οἰκονομίας ἀνῄρηται. καὶ πρός γε τοῖς ἄλλοις, ἃ μηδ' ἀκοῇ σωφρονεῖν δι' εὐσέβειαν προαιρουμένῃ διδόναι χρεών, κἀκεῖνα δηλαδὴ ὅσα βαρβαρικῶς τε καὶ θηριωδῶς εἴργασται πρὸς τῶν ποιμαίνειν λαχόντων τὴν ἐκκλησίαν, περὶ ὧν ὁ κύριος ἔφη "ποιμένες ἠφρονεύσαντο, ποιμένες διέφθει-
34 ραν τὸν ἀμπελῶνά μου." καὶ ἅμα τὸν ἐπὶ τούτοις φρικωδέστατον καὶ παντοδαπὸν διωγμόν, κἄπειτα ὅπως τε διηνέχθησαν ἔνιοι κατ' ἐνίων ἐπίσκοποι, καὶ σχεδὸν ἅπαντες καθ' ἁπάντων, ὥσπερ ἐκ μεταμέλου τὸ μέγεθος τῶν σφετέρων ἀτο-

ris, ut narratione inde ex ordine procedente utrique nostrum cognitio rerum ab utraque parte perspicua evadat.

„Quod ad tempus attinet, inquit, Byzantium post Caniculae ortum aestate iam exeunte reversus sum. navi egressus domum veni ibique quindecim continuos dies versatus me refeci et navigandi molestias sensim paulatimque abstersi. hisce diebus aliis alias amicis me convenientibus et mecum conversantibus accurate omnia comperi de synodo ista, quam dicebant, qua ratione ex tempore coacta esset, quae ibi a praesidibus Palamae suffragantibus et palam deierantibus illegitime gesta, quo pacto dogma de multis divinitatibus ratum factum, mysterium vero incarnationis eversum esset. praeter alia vero, quae ne auribus quidem hominum, qui pie atque moderate vivere velint, ingerenda sunt, illa quoque nimirum, quae barbare et efferate isti, quibus pastorum munus obtigit, gesserunt, de quibus pastoribus dominus dixit: „pastores insaniebant, pastores vastabant vineam meam." comperi etiam, ut persecutionem horribilissimam ubique instituissent: ut dein nonnulli episcopi cum nonnullis et omnes fere cum omnibus dissedissent, tanquam poenitentia tacti et magnitudine scelerum suo-

πημάτων ἐκπεπληγμένοι τε, καὶ οὐδὲ φέρειν καθάπαξ ἀνεχόμενοι τὰς πάντων διὰ ταῦτα πανταχόθεν ὕβρεις καὶ ἀπεχθείας· καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς μεταξὺ παρεμπεσὼν τοὺς μὲν θωπείαις καὶ χρημάτων διανομαῖς τοὺς δ' ἀπειλαῖς ὑπηγάγετό τε καὶ τῷ Παλαμᾷ συμμάχους εἶναι πέπεικεν ἀεί, καὶ τόμους τίθεσθαι καινούς, τῆς αὐτοῦ βεβαιωτὰς δυσσεβείας. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἁπάντων πέρι ζητεῖν καὶ διερευνᾶσθαι βούλεσθαι, ἅτε σχολῆς δεόμενα πλείονος, ἑτέροις ἔγνωκα δεῖν ταμιεύεσθαι χρόνοις· αὐτὸς δὲ μόνοις δυσὶ τουτοισὶ τὴν πᾶσαν τοῦ πόθου σπουδὴν περιέκλεισα, τήν τε κάθειρξιν τὴν σὴν μαθεῖν, δηλαδὴ πῶς ἐς τὸ βιαιότερον ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἐξενηνέχθαι τοῖς ἄρχουσιν εἴη ἐψηφισμένον, καὶ ἅμα τί ἂν εἴη τὰ τοῖς καινοῖς πρὸς τῶν ἐπισκόπων καὶ βασιλέων ἐγγεγραμμένα τόμοις, καὶ ὅτου χάριν αὐτοὶ καθ' αὐτοὺς συντεθεικότες αὐτοὺς αὐτοὶ καὶ κατέχουσι παρ' ἑαυτοῖς, ἀνέκπυστα τἄνδον σιωπῆς μυχοῖς καλύπτοντες καὶ ὑμῖν ἐμφανίζειν οὐ μάλα τολμῶντες.

Περὶ μὲν σοῦ πολλοὶ πολλάκις ἐκ πολλῶν ἐλέχθησαν 35
λόγοι, διάφοροι μὲν εἶναι δοκοῦντες, " πρὸς δ' ἕνα πάντες f. 109 b.
βλέποντες σκοπόν. τἀγκώμια τὰ σὰ δηλαδή, ὡς ἐκείνων ἑκάστῳ διαθέσεως ἔχειν πρὸς σὲ συνέβαινε, καὶ ἅμα σχολαστικῆς πρός γε τὰ δρώμενα διανοίας. οἷς γε μὴν ἐς τὰ μάλιστα

rum ipsi perterriti contumelias et inimicitias omnium undecunque in eos conflatas omnino ferre non possent: ut denique Imperator in medios irruens alios blanditiis et largitionibus, alios minis sibi subactos in Palamae partes traxisset et effecisset, ut novos tomos componerent quibus impietatem eius confirmarent. quum vero de ceteris omnibus rebus si quaerere atque percunctari vellem, maiore mihi otio opus esset, in alia tempora id differendum esse putavi atque duabus tantum hisce rebus accuratius explorandis omne studium et operam impendi, ut primum quidem cognoscerem, cur in custodiam atrociorem te quam reliquos includendum esse Imperantes decrevissent: deinde quidnam novis istis tomis ab episcopis et Imperatoribus perscriptum esset et quare eos a se ipsis confectos etiam apud se retinerent, argumentis eorum, ne quisquam ea explorare posset, profunda taciturnitate involutis, neque ad vestram notitiam ea proferre auderent.

De te igitur multi saepe a multis ferebantur sermones, qui quamquam inter se diversi videbantur, ad unum tamen omnes finem spectabant, ad tuas scilicet laudes, prout quisque vel animo in te affectus vel iudicio de rebus, quae geruntur, praeditus erat. qui vero quam maxime Palamam et Coccinum, Heracleae episcopum, frequen-

νήθησαν ταῖς τῆς Προποντίδος προσεληλυθέναι νήσοις, δυοῖν δέουσαι ἑβδομήκοντα, τοῦ χρόνου τηνικαῦτα τὰς τοῦ χειμῶνος ἐσχατιὰς παραθέοντος, καὶ μέλλοντος ὅσον οὐδέπω τὰς τῆς ἠρινῆς ἰσημερίας ἀνίσχειν τροπάς. κἀπειδὴ λιμὴν ταῖς νήσοις ἐκείναις οὐκ ἦν οὐδαμῇ τοσούτῳ στόλῳ προσήκων, f. 115 b. μετέωροι νυχθημέροις δυσὶν ἐπ᾽ ἀγκυρῶν ἐσάλευον ἅπασαι πάνυ τι πλημμελῶς, τοῦ τε κύματος κάτωθεν ἀνοιδοῦντος, καὶ τοῦ πνεύματος οὐδαμῇ πω λήξεως μεμνημένου. ἦ γὰρ ἂν ἐνῆν καὶ Γεννουίταις ἐπὶ σφᾶς ἐξαίφνης πλευσεῖσθαι; πάλαι τοῦτο μελετηθὲν αὐτοῖς καὶ παρασκευασθὲν κεκοπωμένοις ἐπεισπε- 80 σεῖν κατὰ τὸν ἀνάπλουν. καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πῃ ἔσχεν· ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ οὐκ ἦν ἐς πλέον οὐδ᾽ ἐνταυθοῖ καθημένοις θαλάττῃ καὶ κύμασι μάχεσθαι καὶ πνεύματι τραχυνομένῳ διηνεκῶς, ἄραντες ἐκεῖθεν τριταῖοι περὶ δείλην ὀψίαν κατῆεσαν ἠρέμα καὶ μοχθηρῶς ἐς τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα. καὶ ἅμα τριήρεις ἐντεῦθεν ὀκτὼ ἀναχθεῖσαι Ῥωμαϊκαὶ συνδιέφερον τὴν καταγωγὴν καὶ συνεκρότουν, προάγουσαι καὶ χειραγωγοῦσαι. ἀλλὰ πρὶν ἅψασθαι γῆς, ἐπιπλέουσιν ἐξαίφνης αὐταῖς αἱ Γεννουιτικαὶ τριήρεις, ἐφεδρεύουσαι πάλαι πολύν τινα χρόνον. καὶ πρῶτα μὲν τριήρεις ταχυναυτούσας σύνδυο καὶ σύντρεις ἐκ διαστήματος ἐς πρύμναν ἐκείνων προύπεμψαν, κἄπειτα ἐσπουδασμένην τινὰ καὶ μάλα τι σφόδρα κατόπιν ὀξεῖαν αἱ πᾶσαι τὴν ἔφοδον ἐποιοῦντο, ὡς ἐς ἀνάγκας ἰέναι Βενετικούς, καίπερ οὕτω κεκοπωμένους καὶ ἐν

sere placido austro initio quidem flante, postero die autem usque adeo increbrescente, ut aegre ad insulas Propontidis cum sexaginta octo navibus pervenire possent exeunte hieme et aequinoctio verno iamiam appetente. quum vero portus, qui tantam classem caperc posset, illis insulis non esset, per duorum dierum noctiumque spatium in alto omnes naves temere, in ancoris fluitabant, fluctu ab imo intumescente neque tempestate unquam considente. fieri etiam potuit, ut Genuenses derepente in eos cursum intenderent, qui iam diu id agebant atque parabant, ut eos inter navigandum defatigatos adorirentur. haec quidem res sic se fere habebat. quum vero haud diutius cum mari atque fluctibus, tempestatis vi non remittente, conflictari possent, ancoris sublatis inde provecti tertio die sub vesperam tarde atque aegre in portum Byzantinum navigabant, octo triremibus Romanis trahendo et ducendo appulsum in portum adiuvantibus et sublevantibus. verum priusquam appellerent, triremes Genuenses iam diu iis insidiatae repente adnavigant. atque primum quidem expeditis navibus binis et ternis ex intervallo in puppes eorum praemissis cum omnibus navibus omni

οὕτω ἀστατούσῃ θαλάττῃ διὰ τὸν τότε κλύδωνα, συνάψαι τὴν μάχην αὐτόθι. στρέψαντας οὖν ἐπὶ σφᾶς ἤδη τοὺς πολεμίους οἱ Γεννουῗται τὰς πρῴρας ἰδόντες πρύμνας τε ἐκρούσαντο εὐθύς, καὶ ἀμεταστρεπτὶ παρὰ τὸν αὐχένα τοῦ Πόντου καὶ τοὺς συνήθεις λιμένας κατέφευγον. οἱ δ' ἐπέκειντο διώκοντές τε καὶ βάλλοντες κατὰ νώτου, τέτταρας αὐτοῦ παρὰ τὸν λιμένα διὰ τὸν κλύδωνα μικρόν τι ῥαγείσας ἐν ταῖς ἐκεῖ προβλῆσι τῶν πετρῶν καταλελοιπότες τριήρεις. καὶ ξύν γε αὐταῖς αἱ Ῥωμαϊκαὶ συνεξέθεον ἐκεῖναι, τὸν ἐκείνων θυμὸν ἀναζωπυροῦσαί τε καὶ ἀναφλέγουσαι πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ μὲν δὴ τετύχηκε συρραγῆναι σφᾶς κατ' ἀλλήλων ὅπῃ κίονες διπλοῖ σχῆμα τάφου τινὸς ἀνέχοντες ἵστανται. ἐκεῖ γὰρ ἐπ' ἀλλήλους μάλα τι καταπληκτικῶς καὶ εὐρώστως ὁρμήσαντες ἐναυμάχουν, καὶ μάλιστα πάντων ἔνθεν μὲν οἱ Κατελάνοι, ἐκεῖθεν δ' οἱ πεντακόσιοι λευχείμονες ἐκεῖνοι, συχνὰ ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν ἰδίων ἐς τὰς ἀντιπάλους ἑκάτεροι ναῦς, καὶ νῦν μὲν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε νῦν δ' ἐκεῖθεν ἐνταῦθα περιειλούμενοι, καὶ ἀγχιστρόφους τελοῦντες τὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομάς, καὶ ἀφειδῶς ὑπ' ἀλλήλων ῥηγνύμενοί τε καὶ ῥηγνύντες, καὶ τῶν ἰδίων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν ὡς ἀλλοτρίων ἀφειδοῦντες ὠμῶς καὶ θηριωδῶς· καὶ εἰ μὴ νὺξ ἐν βραχεῖ διέκοψεν ἐπιοῦσα τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην, τάχ' ἂν ὑπ' ἀλλήλων καὶ τῆς θαλάττης ἐκεῖ διεφθείροντο πάντες· διελύθησαν γὰρ οὐ μάλα ἑκόντες

celeritate et studio incitati a tergo illos invadunt, ut Veneti quamquam valde defessi in mari fluctibus vehementissime tunc turbato proelium committere necessario cogerentur. Genuenses igitur quum eos iam in se proras convertentes viderent, puppibus confestim retroactis celerrima fuga fauces Ponti et solitas portus petiere. illi autem acriter instantes a tergo eos caedebant, quattuor navibus, quae fluctibus ad saxa in mare eminentia paene fractae erant, ad portum relictis. una cum iis etiam Romanae illae triremes egressae animos eorum ad pugnam inflammabant atque accendebant. accidit vero, ut contenderent inter se eo loco, ubi binae columnae speciem sepulcri cuiusdam exhibent. ibi enim terribilem in modum summa fortitudine congressi proelium navale commiserunt; omnes vero pugnandi ardore una ex parte Catelani, ex altera parte quingenti illi Leucophori superabant: utrique saepe ex suis navibus in hostiles excurrere, tum ex hac parte in illam, tum ex illa in hanc partem urgeri, celeres excursiones subitasque incursiones conficere, crudeliter sese invicem caedere, sui sanguinis et corporis quasi alieni atrociter et efferate nullam prorsus habere rationem. nisi noctis interventu brevi tempore

ἑκατέρων ἑκάτεροι περὶ δευτέραν μόγις που καὶ τρίτην ὥραν
f. 116 a. τῆς '' νυκτός.

Τῆς δ' ὑστεραίας ἐπιούσης καὶ τὰ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης ἀνακαλυπτούσης ἔργα, ὤφθησαν αἱ μὲν Βενετικαὶ τριήρεις ἄνω που περὶ τὸν Θεραπέαν λεγόμενον οὑτωσί πως λιμένα, πλησίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος, ὁρμοῦσαι, αἱ δ' αὖ Γεννουιτικαὶ πρὸς ἕω παρὰ τὰς ὄχθας τῆς Χαλκηδονίας μετέωροι σαλεύουσαι, μικρὸν ἐνδοτέρω τῆς ψάμμου. τὸ γὰρ ἑσπέριον πεφόβηνται μᾶλλον μέρος ἢ τὸ πρὸς ἕω διά γε τὸ Ῥωμαίοις μὲν ἐνταῦθα πολεμίους εἶναι, βαρβάροις δ' ἐνσπόνδους ἐκεῖ καὶ συμμάχους, ὅσον ἐφικτόν, ἐπιρρωννύουσιν ἔξωθεν καὶ ἐπικροτοῦσι φωναῖς συχνοτέραις καὶ ἀσήμοις οἷον κλαγγαῖς, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ πλῆθος Ῥωμαίων πρὸ δείλης ἑώας τεθέανται μάλα συχνὰ κατὰ ποταμοὺς ἐπιρρέον ἐξ ἠπείρου πρὸς θάλασσαν βοηθείας τε ἕνεκα τῶν Βενετικῶν, καὶ ἅμα τῶν ἐκ ναυαγίου λαφύρων. συνεπεπτώκει δ' οὐ μικρῶς τοῖς στρατεύμασιν ἑκατέροις ζημιωθῆναι. Γεννουιτικαὶ μὲν γὰρ ἀπώλοντο δύο καὶ εἴκοσι νῆες, Βενετικαὶ δ' ὀκτωκαίδεκα, ὧν αἱ πλείους ἦσαν τῶν Κατελάνων κραταιότερον ἀγωνισαμένων ἢ κατὰ πάντας. κατὰ στόμα γὰρ τοῖς πολεμίοις, ὡς εἴρηται, ἐπεισπίπτοντες, ναυάρχῳ ναύαρχος καὶ ναύτῃ ναύτης, καὶ συστάδην ὡς ἐπὶ ξηρᾶς μαχόμενοι, πολὺν εἰργάσαντο φόνον τῶν πολεμίων, ὡς καταδῦναι μὲν καὶ νῆας ἐνίας

proelium illud navale diremtum esset, omnes facile invicem gladio et mari absumpti interissent. dirimebantur autem haud sane lubenti animo secunda fere et tertia hora noctis.

Postero die quum res illa vespera gestae revelarentur, naves Venetae superiore regione circa portum Therapeam, qui dicitur, prope fanum Sarapidis in ancoris constitutae conspiciebantur, Genuenses autem orientem versus ad oras Chalcedoniae in alto mari paulo propius a littore fluctuantes. partem enim ad occasum spectantem magis metuebant quam orientalem propterea quod illic Romanis hostes erant, hic autem barbaris socii et foederati, qui, quantum fieri potuit, extrinsecus animos iis addebant crebrisque vocibus et fuscis quibusdam inconditisque clangoribus strepebant, quum praesertim turbam Romanorum matutino tempore fluminibus ex continenti terra ad mare subinde devehi conspicarentur, ut Venetis auxilio essent simulque spolia ex naufragio colligerent. haud exiguo autem damno uterque exercitus proelio affectus erat; Genuensium enim navium duae et viginti interiere, Venetarum duodeviginti, quarum maior pars erat Catelanorum, qui fortius et efficacius quam omnes pugnaverant. hostes enim

αὐτάνδρους ὑπὸ βρίθους τῶν ἀλλήλοις ἐπιπηδώντων ἀπροόπτως ἐν σκότει καὶ νυκτί. ἦσαν δ' αἳ καὶ ἀπειρίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ χωρίων ἐς βράχη συνερρήγνυντό τε καὶ εἰς γῆν τοὺς ἄνδρας ἐρρίπτουν, ὠθοῦντος τοῦ κύματος, ὡς καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁρᾶσθαι τῶν Κατελάνων πολλοὺς πλανωμένους ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ, καὶ μὴ συνιέντας γλώττης Ἑλληνικῆς, μήθ' ὅπῃ γῆς εἰσί, μήθ' ὅπῃ χρὴ πορευομένους τὴν σωτηρίαν πορίζεσθαι. ἦσαν δ' οἳ κἀκ τῶν τραυμάτων λειποψυχοῦντες ἔπιπτον. οἳ δ' ἡμιθνῆτες ἔπιπτον κατὰ τῆς ψάμμου, οἳ δ' 23
ἐκπεπνευκότες ἤδη τελέως ἀναμὶξ ἑκατέρων τῶν στρατευμάτων. ἐκβρασσομένων γὰρ τῶν νεῶν ὑπὸ τοῦ κύματος ἔξω παρὰ τὴν γῆν ἐξέπιπτον μὲν καὶ αὐτοί, τῆς δὲ συμπλοκῆς οὐκ ἠμέλουν, ἀλλ' ὅπλοις ἀντετίθουν ὅπλα καὶ φάλαγξι φάλαγγας πεζικάς, ὡς γίνεσθαι διπλοῦν ἐκεῖνον συμβαίνειν τὸν πόλεμον, ναυμαχίαν τε καὶ πεζομαχίαν κατὰ ταὐτόν. τραυματίαι δ' ὅσοι βαδίζειν ἐδύναντο, ἄλλος ἄλλῳ ἡγεμόσι χρησάμενοι τῆς ὁδοῦ, δι' ὅλης ἡμέρας ἐντὸς ἐγένοντο Βυζαντίου. καὶ ψυχαγωγίας ἔτυχον, ὁπόσον ἐφικτόν. τό γε μὴν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐπιρρεῦσαν „ ἕωθεν ἠπειρωτικόν, ὡς εἴρηται, f. 116 b.
πλῆθος ὀλίγους μὲν εἶχε τοὺς στρατιώτας, τὸ δὲ πλεῖστον, ἐξ ἁπάσης τέχνης ἦν ξυμμιγές, ὅση τε βαναυσώδης καὶ ὅση τῇ γεωργίᾳ προσετετήκει· καὶ ἦν ἁπάντων ἐκείνων οὐδεὶς

ex adverso, ut supra diximus, adorti, praefectus classis praefectum, nauta nautam cominusque tanquam pugna terrestri manibus consertis, hostium stragem late ediderunt, ita ut nonnullae naves nimis oneratae cum hominibus demergerentur, in tenebris noctis alio in alium inconsultò irruente. nonnullae vero imperitia et ignoratione locorum in brevia vada compulsae milites fluctibus trudentibus et urgentibus in terram eiecerunt, quo factum est, ut postero die multi Catelanorum in Romanorum terra oberrantes conspicerentur, qui linguae Graecae imperiti nec ubi terrarum essent nec quo profecti, salutem sibi quaererent satis exploratum habebant. alii vero ex vulneribus linquente anima collabebantur; alii semimortui in arena marina concidebant; alii plane anima exspirata promiscue ex utroque exercitu iacebant. navibus enim fluctuum aestu ad terram eiectis homines exciderunt, sed certaminis conserendi neutiquam obliti armis arma, ordinibus ordines opponebant. ita proelium illud et navale et terrestre erat. saucii autem, quotcunque pedibus ire valebant, alii aliis itineris ducibus usi per totum diem Byzantium convenerunt, ubi quantum fieri potuit, laetam curationem nacti sunt. turba autem illa, de qua diximus, ex continenti ad oram solis ortu delata paucos tantum secum habebat

ᾧ μὴ προσεγεγόνει κέρδος οἴκαδ' ἐπανιόντι, τῶν θαλαττίων κυμάτων ἐς γῆν ὅπλα καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ ἀσπίδας καὶ κράνη, καὶ τὰς κενεμβατούσας ἐν τῷ πελάγει τριήρεις ἀναμὶξ ἑκατέρων τῶν στρατευμάτων, ἐρήμους μὲν παντάπασιν οὔσας ναυμάχων ἀνδρῶν καὶ κώπης πάσης καὶ ταρσῶν., μεστὰς δὲ χρημάτων πολυτελῶν καὶ νεκρῶν πλουσίοις συμπεφυρμένων αἵμασι.

24 Μετὰ μέντοι τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην νόσου κοινῆς διανεμηθείσης τὸ πλεῖστον τῆς ναυτικῆς ἑκατέρας δυνάμεως, ἀποθνήσκειν ἐπῄει μάλα συχνοὺς ἑκατέρωθεν, ὡς εἰς ἀνάγκην ἰέναι βουλεύσασθαι ἑκατέρους ἃ ἐδόκει λυσιτελεῖν. ἐδόκει δὲ Βενετικοῖς μὲν τὸν ἴδιον μεταστῆσαι στόλον, καίτοι βουλομένους ἐκεῖ τὰς ἐκ Πόντου κατιούσας στρογγύλας τῶν πολεμίων ὁλκάδας αἱρεῖν, αἳ παρεκόμιζον ἔκ τε σκυθῶν καὶ Ταναΐδος τἀπιτήδεια. ἀλλ' ἀνθεῖλκε σφᾶς οὐ μόνον τὸ τοὺς νοσοῦντας αὐτῶν ἀνακτᾶσθαι βούλεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἡ σπάνις πολλὴ καὶ ποικίλη καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀπαιτουμένη. διὸ λύσαντες τὰ πρυμνήσια ἐκεῖθεν παρὰ τὸν εἴσπλουν τοῦ τῶν Βυζαντίων λιμένος ἔστησαν καταχθέντες, τοῦ πρὸς ἕω βλέποντος, τὰς πολεμίας ἑστώσας εὐώνυμα ναῦς παραπλεύσαντες παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς χαλκηδονίας γῆς τῶν βαρβάρων. στενοχωρούμενοι γὰρ κἀκεῖνοι τῇ τῶν ἐπιτηδείων ὁμοίως

milites; maxima autem pars ex omni genere hominum et artibus sordidis operam navantium et rebus rusticis addictorum commixta erat. eorum omnium nemo erat quin lucrum quoddam et praedam secum domum retulisset fluctibus scilicet arma et tela omnis generis, scuta galeasque ac triremes utriusque exercitus promiscue per mare iactatas in terram eiicientibus, vacuas illas quidem militibus omnique gubernaculo remisque, attamen refertas rebus pretiosis atque mortuis multo sanguine respersis.

Quum autem post proelium navale morbo per maximam partem utriusque exercitus grassante numerus hominum haud exiguus absumeretur, necessitate coacti, quid utile factu videretur, utrique in deliberationem vocabant. Venetis igitur, quamquam ibi hostium naves onerarias cum commeatu ex Scythis et ab Tanaide petito descendentes ex Ponto intercipere cupiebant, satius tamen visum est, classem alio loco collocare, quippe quum non solum laborantes ex morbo iis curandi essent, sed etiam rerum ad victum necessariarum penuria urgerentur, quarum magna atque multiplici copia quotidie opus erat. quare oris solutis inde ad introitum portus Byzantini ad orientem spectantis delati sunt, hostium naves, quae sinistra ad oram chalcedoniae terrae

σπάνει, καὶ ἅμα νοσοῦντας ὁρῶντες ὁπόσοις τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν μὴ πολεμίου ξίφους τετύχηκεν ἔργον γενέσθαι, τοῖς τῶν βαρβάρων προσωρμίζοντο λιμέσιν ἐνσπόνδοις οὖσιν, ὡς εἴρηται, τροφῶν τε εἵνεκα καὶ πλείστων ἄλλων καὶ μεγάλων καὶ παντοδαπῶν ἐλπίδων, καὶ πρός γε ἔτι θάπτειν ἐν ἀλλοτρίᾳ πόρρω που τῆς οἰκείας γῆς τοὺς οἰκείους νεκρούς, μὴ τῶν γαμετῶν καὶ τέκνων αἰσθανομένων. 25 τοσοῦτον γὰρ τὴν τῶν πολεμίων κατεπλάγησαν τόλμαν ὥστ' οὐκ ἀρκεῖν ἐνόμισαν βαρβάρους ἐκ τοῦ σχεδὸν τὰ μέγιστα βοηθοῦντας ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἰκείων μεγίστας ὁλκάδας ἀναγκαῖον ἔδοξεν ἀγαγόντας στιχηδὸν κατὰ μέτωπον παραστήσασθαι δίκην πύργων καὶ τειχῶν, στρατιώτας παμπόλλους ἐχούσας, ἐπί τε τῶν καταστρωμάτων καὶ ἄνω παρὰ τὰ τῶν ἱστῶν ἀκρωτήρια λίθων παρεσκευασμένους ἔχοντας σωρεὺς ἐς τὸ ἐπιρρίπτειν τοῖς πολεμίοις καὶ τὸν ἐπίπλουν ἀνείργειν αὐτῶν. νῆας δ' ἔχοντες τὸν ἀριθμὸν ἐλάττους ἢ κατὰ τὰς πολεμίας, καὶ τούτων τὰς || πλείους ἐρήμους στρατιωτῶν, (f. 117 a.) τῇ τε ναυμαχίᾳ καὶ τῇ κατόπιν τῆς ναυμαχίας νόσῳ φθαρέντων, εἰς ἀνάγκας ᾔεσαν καὶ αὐτοὶ μισθοφορικὸν ἀθροίζειν ἐξ ἀλλοδαπῆς καὶ στρατιώτας ἐκ τῶν Βιθυνῶν καταγράφειν βαρβάρων, ἐνδιδόντος τοῦ σφῶν ἡγεμόνος Ὑρκανοῦ παμπόλλων ἕνεκα χρημάτων. μισθωσάμενοι τοίνυν ὑπὲρ χιλίους ἐκεῖθεν ψιλοὺς διεῖλον, καὶ τοὺς μὲν παραβοηθεῖν δεῆ-

a barbaris incultae stabant, praetervecti. nam ii quoque pariter commeatus inopia laborantes et viros fortissimos, qui gladio hostium non absumpti erant, morbo affectos videntes ad portus barbarorum sibi confoederatorum, ut supra demonstravimus, appulerant, ut alimenta sibi acquirerent aliaque multa et magna commoda impetrarent atque mortuos procul a patria in aliena terra sepelirent, neque uxoribus nec liberis id sentientibus. usque adeo enim hostium audacia conterriti erant, ut non sufficere arbitrarentur, si barbari ex propinquo sibi quam maxime auxiliarentur, sed etiam necessarium esse ducerent, maximas navium onerariarum per singulos ordines turrium et moenium instar in fronte collocatas magno militum numero complere, qui saxa in constratis et ad summos malos cumulata in hostes iniicerent, ut eorum impetum prohiberent. navium vero quum minorem numerum quam hostes eumque maiore ex parte vacuum haberent, militibus et proelio navali et morbo postea ingruente absumptis, mercenarios conducere ex peregrina terra coacti milites et Bithynis barbaris conscripsere, duce eorum Hyrcano pecunia grandi permittente. conductis igitur plus mille levis armaturae militibus bifariam eos divisere; alte-

σαν ἐκτάξαντες ἀνὰ τὸν ἑῷον εἶχον αἰγιαλόν, τοὺς δὲ πέμψαντες τὸ τοῦ Γαλάτου φρουρεῖν προσετετάχεισαν πολίχνιον ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν, καὶ ἅμα συχνὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομὰς ποιουμένους ληΐζεσθαι τὰ τῶν Βυζαντίων προάστεια, καὶ σφᾶς ἀντιπερισπᾶν ἐς οἰκεῖα πάθη, καὶ μὴ διδόναι σχολὴν μήθ' ὡς τὰ πολλὰ τοῖς Βενετικοῖς συμμαχεῖν, μήτ' ἔχειν ῥᾳδίως ἔξωθεν τἀπιτήδεια ἐσκομίζεσθαι.

26 Ὃ δὴ καὶ μάλιστα πάντων μακρὰν ἐνεποίησε Βυζαντίοις τὴν βλάβην. ὑπὲρ γὰρ τὰς ὀκτωκαίδεκα χιλιάδας παρεισενεχθέντος τῇ πόλει στρατοῦ ναυτικοῦ, πολλῶν ἐς ἡμέραν ἑκάστην τροφῶν δεομένου, μὴ μόνον ἅπανθ' ἑξῆς ἐν βραχεῖ σπανίζειν ἐξεγένετο τἀπιτήδεια Βυζαντίοις, ἁπάντων σχεδὸν ἐκ πολλοῦ πανταχόθεν ἀποκλεισθεῖσι διὰ τὰς μάχας, τῶν τε ἄλλων ὁπόσα τραπέζης ἀναγκαίας εἰσὶ προσφορήματα, καὶ ὅσα ὁ γείτων πορθμὸς τοῖς ἁλιεῦσι παρεῖχε τὰ χρήσιμα ἐς ἡμέραν ἑκάστην τὸν ἅπαντα χρόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὁ σῖτος ἡμερῶν ὀλίγων ἐς τὸ διπλάσιον ἀνήγετο τοῦ χθὲς καὶ πρώην τιμήματος. ὅθεν εἰς ἀπορίας ἐνέπιπτον μάλα μακρὰς οἵ τε τῶν Βενετικῶν ἡγεμόνες, ἀκουσίου δαπανώσης τὸν χρόνον ἀπραγμοσύνης αὐτῶν, ἅτε ἐφιεμένων μέν, οὐκ ἐχόντων δ' ὅθεν ἐγχειροῖεν ἂν τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι, ἀσφαλῶς οὑτωσὶ πεφραγμένους ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ὡς εἴρηται. καὶ μάλιστα πάντων τὴν τοῦ βασιλέως ψυχὴν αἱ τῶν λογισμῶν

ram partem, quam necesse erat sibi auxiliari, ad oram in orientem spectantem collocant, alteram partem Galatae castellum intrinsecus atque extrinsecus tueri crebrisque excursionibus et expeditionibus Byzantiorum suburbia infestare et diripere iubent, ne ii, suis ipsorum rebus districti, ullum prorsus otium agere aut Venetis, ut antea plerumque, opem ferre aut quid commeatus extrinsecus facile subvehere possint.

Hac re maximis damnis Byzantii affecti sunt. amplius enim duodeviginti milibus classicorum militum in urbe congregatis, qui alimentis haud exiguis in singulos dies indigebant, factum est, ut Byzantios ex longo iam tempore omnibus fere rebus quum aliis, quas tenui mensae apponi necesse est, tum iis, quas fretum vicinum piscatoribus quotidie per omne aevum subministrabat, propter bella undique exclusos brevi tempore non solum omnes deinceps res ad victum necessariae deficere inciperent, verum etiam paucorum dierum alimenta ad duplex, quo nuper constabant, pretium eveherentur. quare Venetorum duces in summas rerum angustias deducti sunt, desidia haud voluntaria tempus absumente, quippe quum hostes tam firmiter, ut dixi-

περιέκλυζον τρικυμίαι, συχνὰ τῶν καθ' αὐτὸν πραγμάτων ἀνακυκλοῦντος τοὺς κύβους, οἷς πρόσωπον μὲν ἐλπίδων ὑποτείνειν ἔπεισι χρηστόν, τοὐναντίον δ' ἅπαν ὡς ἐπίπαν ἔπειτα περαίνειν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες πᾶσαν ἐπίνοιαν αὐτοῦ καὶ σπουδὴν παίζοντάς τε καὶ ἀνατρέποντας. καὶ τό γε δήπου μεῖζον, B ὅτι τοσούτοις καὶ τηλικούτοις περιαντλουμένῳ χειμῶσιν ἀπεῖναι οὐκ ἦν οὐδὲ τὰς τῶν υἱέων αὐτῷ συμφορὰς τηνικαῦτα, ἀλλ' ἐστασίαζον ἤδη καὶ αὐτοὶ περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ ταῦθ' οὕτω ναυαγούσης τε κἀπὶ σαθροῦ τοὺς πόδας ἐρειδούσης καὶ ἐς τὸ πάνυ τι λίαν βραχύτατον πάνυ τι λίαν ἐλαυνομένης, ὅτε δήπου μᾶλλον ἐχρῆν τῷ πατρὶ καὶ βασιλεῖ κατὰ πᾶν ἐφικτὸν συναίρεσθαι σφᾶς, κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστα, καθάπαξ ἅπαν ἴδιον βυθοῖς παραπέμψαντας λήθης. ὅ τε γὰρ Παλαιολόγος κἀπὶ τῇ θυγατρὶ γαμβρὸς Ἰωάννης, ὡς πάλαι πατρόθεν τὴν ἀρχὴν αὐτῷ προσήκουσαν ἔχων, ἀντείχετο ταύτης ὁλοσχερῶς, καὶ οὐδὲν οὐδενὶ τῆς διαδοχῆς παρεχώρει· ὅ f. 117 b. τε Ματθαῖος υἱὸς ὢν καὶ αὐτός, ἐνέκειτο μάλα σφοδρῶς καὶ αὐτὸς ἀπαιτῶν, ὡς νῦν γε καὶ αὐτῷ προσηκούσης πατρόθεν, μεταπεσόντων ἤδη μεταξὺ τῶν σκήπτρων κατὰ τὰς ἀεὶ φερομένας οὑτωσὶ τῶν πραγμάτων τύχας, καὶ πρὸς ἄλλοτ' ἄλλους συχνὰ μεταρριπτουμένας, καὶ παραλλάξεσιν ἀτεκμάρτοις οὕτω καὶ ἀπορρήτοις οἰακιζούσας τὸν βίον, καὶ νῦν μὲν τούτῳ νῦν δ' ἐκείνῳ παρεχομένας τὴν τῶν οἰκείων εὐμένειαν ὀφ-

mus, terra marique munitos propulsare quidem studerent, attamen non haberent, quomodo propositum exequerentur. maxime autem imperatoris animus ingenti curarum et cogitationum aestu fluctuabat; saepe suarum rerum aleas volutabat, quae speciem quidem bonae spei protendunt, contra autem plerumque postea cadunt, tanquam consulto et data opera omne eius studium atque consilium ludificarentur et subverterent. atque hoc sane erat gravissimum, quod tot tantisque tempestatibus iactatus filiorum quoque iniquitatem expertus est, ut qui de imperio tum quam maxime naufrago et putrido quodam fundamento nixo in summasque angustias compulso inter sese discordarent, atque dissiderent. tunc profecto temporis suis ipsorum rationibus profundissima oblivione obtectis patri potius eidemque imperatori et universim et singulatim pro virili parte succurrere debebant. Ioannes enim Palaeologus imperium, ut iam pridem a patre sibi debitum, omni studio ad se vindicabat neque prorsus de iure successionis ulli quidquam decedebat. Matthaeus autem, filius imperatoris, idem vehementer efflagitabat ut sibi quoque a patre conveniens. sceptra enim iam commutabantur, prout vicissitudines ferebant fortunae, quae ad alios alio

θαλμῶν, καὶ τοὐναντίον αὖθις καὶ διὰ παντὸς ἑκάτερον, καὶ νόμον γίνεσθαι τοῦτον ἀνομοθέτητον εἰπεῖν, ἐπιφυεῖσαν τοῖς πράγμασιν ἄνωθεν καρπωσάμενον βλαστήν, καὶ μὴ ῥᾷστα δυναμένην ἀναίμακτον προΐεσθαι τὴν μεταβολήν, οὐδ' ἄνευ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν τοῦ βιαίου. δεδιέναι γοῦν καὶ τὰς ἐφεδρευούσας τοῖς τοιούτοις κῆρας, ὅσαι θανάτων παντοίων μεστὰς ὑποτείνουσι χεῖρας· καὶ χρῆναι διὰ ταῦτα, πρὶν μεταστῆναι τὸν δίκην ἰσθμοῦ τοὺς ἑκατέρωθεν ἀναχαιτίζοντα κλύδωνας, τοὺς ἑκατέρων ὁρισθῆναι θεσμούς.

28 Τοσαύτην τοίνυν κατ' αὐτοῦ ῥαγεῖσαν κυμάτων ἐπαγωγὴν ἐν ταὐτῷ συνορῶν ὁ βασιλεὺς οὕτω στενῷ κομιδῇ τῷ καιρῷ, ἤσχαλλέ τε καὶ ἐδυσφόρει, καὶ μακραῖς ἐβάλλετο καὶ πολυτρόποις τὴν ψυχὴν ὀδύναις. μὴ ἔχων δ' ὅπῃ βλέψας παρήγορον ἄν τινα δέξαιτο λόγον, ἔστενέ πως καὶ αὐτόν, καὶ οἷον ἀπολεγομένῳ ἐῴκει τὸ ζῆν. ἐχεμυθῶν γὰρ ἦν ἀεί, καὶ οὐδενί ποτε τῶν ἁπάντων ἐβούλετο κοινοῦσθαι τῶν τῆς ψυχῆς ἀπορρήτων οὐδὲν οὐδαμῇ· πάντων γὰρ καθάπαξ ἀποδοκιμάζειν εἰώθεν ἀεὶ τὰ βουλεύματα, καὶ πρὶν ἀκοῦσαι. οὕτω τοίνυν ὁρῶσαν τὴν βασιλίδα τὸν σύζυγον ἔχοντα λύπης, φάσκειν ἐπῄει τοιαδὶ πρὸς αὐτόν. "ὅτι μὲν οὐκ ἀθεεὶ τὰς συμφορὰς ἐπιέναι τοῖς ἀνθρώποις ἔστι, καθάπερ δήπουθεν οὐδὲ τὰς εὐπραγίας, ἀγνοεῖν οἶμαι τῶν πάντων οὐδένα, οἷς

tempore sese applicat, incertis arcanisque varietatibus vitam dirigit, nunc hunc nunc illum placidis luminibus adspicit, incontrarium cursus vertitur semperque alternat. haec est lex, ut ita dicam, illex, quae florem rerum dei auxilio nascentem depascat neque facile commutationem sui sine sanguine aut certe sine violentia facere possit. metuendae igitur sunt talium pestium insidiae, quae manus omni morte plenas protendunt; quare priusquam quis Isthmi instar fluctum utrimque irruentem reprimat et in alium locum transgrediatur, eum utriusque necesse est constituere leges.

Imperator igitur quum tantam in tantis temporis angustiis in se irruentem tempestatum vim videret, acerbe id ferebat, indignatus erat, magnis variisque doloribus animum angebat. non enim habebat, unde verbum consolatorium acciperet; quare sese ipsum fere deplorabat et quasi desperatam vitam degere videbatur. semper erat taciturnus neque cum quoquam occulta pectoris communicare volebat. omne enim consilium reiicere solebat etiam antequam audiret. tanta igitur aerumna quum coniugem videret afflictum imperatrix, talia ad eum dicere exorsa est: „non sine dei nomine hominibus aut infortunia accidere aut res prosperas evenire, neminem ignorare arbitror, qui men-

νοῦ μέτεστι καὶ διανοίας, τῶν ἀεὶ γιγνομένων στοχαζομένοις ὀρθῶς. δίκαιον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ δίκαια δρῶντας ἀνθρώπους φιλεῖν, καὶ τοῦτο δ' οἶμαι τοῖς ἅπασι γνώριμον εἶναι οἷς τὸν νοῦν τῆς ψυχῆς οἴαξι πηδαλιουχεῖσθαι ξυνερρυήκει συνέσεως. τὸ γοῦν ἕωθέν τινα τὴν πρόσω φάναι πορείαν βαδίζειν ἁπάσῃ σπουδῇ προθέμενον τοσοῦτον ὄπισθεν ἑσπέρας ὁρᾶσθαι καθήμενον ὅσον ἔμπροσθεν ἐχρῆν, τοῦτο δὲ καὶ οἷς ὀλίγος ἐμπέφυκε νοῦς, γνοίη ἂν θεοῦ πάντως εἶναι, μήτε μὴν τοῖς τοῦ βαδίζοντος τρόποις ἀρεσκομένου, καὶ ἅμα τοῖς τούτῳ δρωμένοις ἅπασιν ἐμφανῶς μαχομένου, καὶ ἐς τὰ πάνυ τῶν προοιμίων ἐναντιώτατα πέρατα τὴν σπουδὴν ἀντιπεριάγοντος. μέμνημαι τοίνυν οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δίς, που 29
καὶ τρὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ μάλα δήπου γε πολλάκις ἀμφοῖν ἡμῖν εἰπόντος τοῦ Γρηγορᾶ κατὰ τὰς ἐνταυθοῖ πολλάκις ἰδιαζούσας " μακρὰς καὶ πολυειδεῖς ἡμῶν ὁμιλίας (οἶσθα δὲ f. 118 a.
καὶ αὐτός) τὰς βίβλους εἶναι τοῦ Παλαμᾶ δυσσεβείας πλήρεις μακρᾶς· ἃς δεχομένοις ἡμῖν, καὶ πολλὴν καὶ παντοδαπὴν τὴν εὐμένειαν σφίσι παρεχομένοις, ἔφασκέ τε καὶ ὑπισχνεῖτο μηδενὶ τῶν ἡμῖν γε δρωμένων δημοσίων εὐδρομίαν ἀκολουθήσειν πρὸς τοῦ δικαίου θεοῦ, ἀλλ' ἀνατρέπεσθαί τε πάντα καὶ φθείρεσθαι προφανῶς, καθάπερ κεραυνοῖς αἰθερίοις τὰ λήια. εἰ δέ που καὶ δόξειε τῶν ἡμετέρων ἔργων ἓν ὁποιονοῦν ὁπῃοῦν εὐτυχεῖν ἐκ προοιμίων, ἀλλ' οὖν οὐκ

tis atque consilii particeps res, quomodo quaeque agantur, recte perspiciat. iustum vere esse deum et iustos homines ab eo amari, etiam hoc puto omnibus persuasum esse, quorum animi gubernaculo prudentiae dirigantur. si quis enim mane omni studio suum iter, ut ita dicam, persequi sibi proposuerit, vespera autem usque adeo posterius sedens conspiciatur, quam debebat progressus esse, vel pusilla mente imbutus intellexerit, hoc dei esse facinus, qui hominis istius mores improbans omnibus, quae ille agit, manifesto repugnat eiusque studium ad contrarium, quam initia promiserunt, circumflectit exitum. memini autem Gregoram non semel nec bis terve sed saepissime in longis atque variis colloquiis crebro nobiscum hic institutis, id quod ipse haud ignoras, nobis dicere, libros Palamae magna seatere impietate. quos si nos reciperemus ac magno favore et omni benevolentia prosequeremur, nulli rei publicae a nobis susceptae deum iustum prosperos successus daturum esse, dixit atque promisit ille, sed fore, ut omnia subverterentur ac manifesto corrumperentur veluti segetes fulguribus aethereis. sin autem haec vel illa res aliquo modo initio nobis succedere visura esset, attamen non longo tempore interposito

εἰς μακρὰν ἐκεῖ πικρὸν ἐπιφύεσθαι καὶ μάλα πολύχουν ἐν τοῖς πέρασι τὰ γεώργιον. τοῦτο δὲ καὐταῖς πανδήμοις σφοδρότερον ἠκηκόειμεν φάμενον, οὐ δισταγμοῦ τινὸς μέρος παραμιγνύντα τῷ ἤθει, ὁποῖος τοῖς δεδιόσιν ἕπεται τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλίαν ὡς τὰ πολλά. καὶ οἶσθά γε ὡς ἠχθόμεθα τῆς παρρησίας τἀνδρί· ὃ δ' οὐκ ἐνεδίδου λέγων. σκεπτέον οὖν μὴ θεοῦ μαχομένου διὰ τὸ δόγμα πονῶμεν ἀνήνυτα."

20 Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα διεξιούσης ἐκείνης, "ὦ γύναι" φησὶν ὁ βασιλεύς, "οὐ πάντα καθάπαξ χρεὼν ἀνατιθέναι θεῷ. εἶναι γάρ τινα καὶ τύχην τύραννον, κατὰ τὸ αὐτόματον ἐπιοῦσαν τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασι, κἀκ τοῦ προσεχοῦς αὐτὴν μᾶλλον τἀνθρώπεια διοικοῦσαν ἢ τὸν θεόν, ἐνέργειαν μὲν καλουμένην ἄκτιστον, δεσποτικοὺς δὲ χαρακτῆρας φέρουσάν τε καὶ δεσποτικῶς τοῖς πράγμασιν ἐπιστρατεύουσαν κατὰ τὴν τοῦ αὐτομάτου φορὰν τε καὶ κίνησιν. εἰ δ' οὖν, λόγον ἐγώ σοι καὶ μάλα εἰδυίᾳ ἐρῶ, τῆς ἐμῆς ἀληθείας μάρτυρά τε καὶ βεβαιωτήν. οἶσθα γὰρ ὁποίαις καὶ ὅσαις ἠπειγόμην ἐξευμενίζειν τὸν θεὸν χρημάτων δόσεσιν, ἃς ἀφθόνοις παλάμαις ἐξήντλουν ἱερεῦσι καὶ μονοτρόποις, καὶ ὅσοι σπηλαίοις ἐνδιαιτῶνται καὶ ὄρεσι, καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως πενίᾳ καὶ νόσῳ συζώντων ὑπῆρχον, καὶ πῇ μὲν δημοσίᾳ, πῇ δὲ βλέποντος ἁπάντων οὐδενός. ὤνησαν δ' ἡμῖν οὐδέν, ἀλλ' αὔραις, ὡς γε ἔοικεν, ἐκεῖνα πάντ' ἐκπεπονήκαμεν, καὶ περι-

fore, ut acerbissima mala uberrime ad extremum succrescerent. idem ipsis vehementius pronuntiantem audivimus, ut nihil dubitationis suis moribus admisceret, quae plerumque incertitudinem futuri temporis metuentibus inesse solet. neque nescis, quanto odio viri non a suis verbis recedentis libertatem persecuti simus. considerandum igitur est, num forte deo ipso ob dogma repugnante irrita faciamus."

Haec atque eiusmodi quum illa protulisset, imperator: „mulier, inquit, non omnia debemus ad deum referre. nam etiam fortuna domina quaedam est, quae suo arbitrio hominum res aggrediatur. atque continentes vitam humanam magis regat, quam deus; operatio quidem nominatur increata, induta autem est tyranni moribus superbamque in omnes res dominationem exercet pro libidinis impetu atque motu. agedum! orationem tibi dicam, quam ipsa haud sane ignoras, quae me vere locutum esse testificetur atque confirmet. scis enim, quantis et qualibus ego studuerim donis dei favorem mihi conciliare, quae plenis manibus sacerdotibus, hominibus solitariis, quicunque in speluncis habitant et montibus aut paupertate et morbis oppressi vitam degunt, et palam et occulto largiebar. verum nihil utilitatis no-

ἔστη ἡμῖν ἐκεῖνα παθεῖν ἃ μηδὲ τοῖς σφόδρα ἀνδροφόνοις διὰ βίου πεπονθέναι ξυμπέπτωκεν. ἀφ' οὗ δ' ὁμόφρων γεγένημαι Παλαμᾷ, καὶ βασιλεὺς εὐθὺς κεκράτηκα." ἡ δ' ὑπολαβοῦσα τοιάδ' ἀντέφησεν αὖθις. "ἐγὼ δὲ" φησιν "ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ ἀνθρωπίνων βραχέα σοι φθέγξομαι.

Εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τις τῶν ἡμετέρων δούλων ἀμπελῶνος 31 εἰπεῖν ἢ τῶν ἄλλως ἐχόντων ἡμῖν κτημάτων ἑνὸς οὑτινοσοῦν ἐπιμελητὴς ὑφ' ἡμῶν καταστάς, ἔπειτα τὴν μὲν δεσποτείαν ἡμῶν ἀφῃρεῖτο περιφανῶς, πολλοστημόριον δὲ τῶν ἐκεῖθεν παρείχετο φέρων ἡμῖν καρπῶν, οὐ μᾶλλόν γ' ἂν ἐμεμισήκειμεν ἐκεῖνον ἢ ἠγαπήκειμεν; τοῦτ' αὐτὸ νομίζειν ἔπεισί μοι καὶ " περί γε τοῦ μόνου θεοῦ. εἰ γὰρ πλούτου καὶ δόξης το- f. 118 b. σαύτης ἡμεῖς ἀπολαύοντες πρὸς θεοῦ, ἔπειτα τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν πολυθεΐαν ἑκόντες ἤ τινι τῶν ἁπάντων ἑτέρᾳ παρ' αὐτὸν ἐνεργείᾳ, ἐξευμενίζειν ἐκεῖνον νομίζοιμεν πολλοστημόριον χρημάτων τῶν αὐτοῦ προσάγοντες αὐτῷ, θᾶττον μέντ' ἂν μισήσειεν ἢ ἀγαπήσειεν ἡμᾶς, ὅτι τὸ μεῖζον ἀφαιροῦντες τοὔλαττον παρέχομεν, ἢ μᾶλλον τὸ πᾶν ἀφαιροῦντες τὸ μηδὲν παρέχομεν. εἴη δ' ἂν κἀκ τῶν ἡμετέρων ἔτι πραγμάτων ἐναργέστερα τὰ λεγόμενα. οἶσθα γὰρ ὡς πρὶν ἢ ταῖς τοῦ Παλαμᾶ προστεθῆναι καινοφωνίαις ἡμᾶς, σφόδρα γε ἐξ οὐρίας ἡμῖν τὰ τῆς εὐδαιμονίας ἔπλει, καὶ οὐδὲν ἀντέπνει τῶν

14. πολυθεΐᾳ δόντες ἢ?

bis illae largitiones attulerunt, sed ventis videmur omnia effecisse; calamitates enim in nos ingruerunt, quales ne audacissimi quidem homicidae in vita perpessisunt. ex uuo autem tempore cum Palama feci, ex eo statim imperatoris potentiam nactus sum."

Illa autem orationem excipiens haec fere respondit: „ego pauca quaedam ex nostris humanisque rebus proponam; dic enim mihi, si quis nostrorum servorum verbi causa vineae vel alii cuidam nostrarum possessionum a nobis praefectus, dominatione nobis manifesto erepta, parvulam quandam partem frugum inde natarum nobis praeberet, nonne maius in eum odium conciperemus, quam antea eum amassemus? hoc idem etiam de unico deo statuere mihi in mentem venit; si enim nos a deo tantis divitiis tantaque gloria ornati, dominatione eius multis divinitatibus aut alii cuidam operationi ab eo diversae ultro permissa, parvula quadam parte opum praebenda nobis eum conciliare putabimus, celerius sane nos odio quam amore persequetur propterea quod plus ei derogamus, quam exhibemus aut potius quod omnibus rebus ei defraudato nihil praebemus. facile autem ex nostrarum rerum conditione, quod modo dixi, clarius erit. scis enim, antequam Palamae nova commenta amplexaremur, summa cum felici-

θεινῶν ἀντίπρῳρον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἄλλων τέως βασιλευόμενοι πλείω τῶν βασιλευόντων ἡμεῖς τὴν ἰσχὺν ἐκαρπούμεθα, καὶ τὸ τῆς βασιλικῆς ἐκείνης δόξης κλέος πλεῖον ἡμῖν ἢ τοῖς ἔχουσι περιῆν· ἐκείνων γὰρ ἐνομίζετο καὶ ἡμῶν ἦν. ἀφ' οὗ δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Παλαμᾶν φέροντες συμμαχεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐδεδώκειμεν, κατὰ πόδας ἡ τίσις εὐθὺς ἠκολούθει· πᾶσαν μὲν γὰρ εὐθὺς κακοδαιμονίαν συλλήβδην εἰπεῖν διηντλήκαμεν, πᾶσαν δ' ἐκείνην τὴν δόξαν μετὰ τοῦ πλούτου παντὸς ἡμῖν ἀποβεβληκέναι ξυμπέπτωκε, καθάπερ τοῖς διαγρηγορήσασι τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις ὀνείρατα. καὶ τὸ τῆς βασιλείας δ' ὀψὲ περιζωσαμένοις κράτος ἕπεται δυστυχεῖν ἡμῖν ἀνακράτος, οἶμαι, διὰ τὸ μὴ τὴν βασιλικὴν ἰσχὺν εἰς διόρθωσιν ἀλλ' εἰς διωγμὸν ἐκκενοῦν τῶν ὑπὲρ τῆς πατρίου λεγόντων πίστεως. ταῦτα δ' οὐ σοὶ λέγουσα ὀνειδίζω τὰς τύχας, ἀλλὰ τὰς ἐμὰς ἀποκλαίομαι συμφοράς. οὐ γὰρ ἄλλος ἐμοῦ γε σύ. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τῶν αὐτῶν ἐσμὲν ἄμφω γεννήτορες παίδων· καὶ εἰ μὴ πλέον, ἀλλ' ἐπ' ἴσης γοῦν σοι τὴν καρδίαν ἐμπίπρασθαί με κἀπὶ ταῖς νῦν αὐτῶν περιστάσεσι, πάντως οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ἀρνηθείης. εἰ δ' οὖν, λεγέτω μοί τις παρελθών, τίνος ἑτέρου τῶν πάντων ἕνεκα, τοσούτου κατέχοντος ἤδη ψύχους τήν τε γῆν καὶ τὸν περιέχοντα τοῦτον ἀέρα, καὶ τοσούτου χειμῶνος αὖθις τοῖς καθ' ἡμᾶς περικεχυμένου πράγμασιν, οὖσα γυνὴ

tate quasi secundo vento adiutas nostras res processisse nihilque contrario quodam flatu impeditum fuisse, sed licet aliquamdiu aliorum imperio subiecti essemus, maiore tamen potentia, quam ipsi imperantes fruebamur nobisque gloria imperatoriae dignitatis maior contigit, quam iis, qui eam possidebant. illorum enim putabatur esse imperium et nostrum erat. ex quo vero tempore nos ad Palamae partes applicuimus, poena e vestigio insecuta est. omnia enim, ut breviter dicam, infortunia statim exantlavimus, omnis illa gloria una cum divitiis nobis excidit eodem modo, quo experrectis somnia. imperatoriam dignitatem sero quidem nacti omni vi conflictamur rebus adversis, nulla alia ex causa, opinor, quam quod imperatoriam potestatem non ad dogmatum correctionem, sed ad persecutionem eorum conferimus, qui patriam fidem defendunt. hoc equidem non ea mente loquor, ut tibi tuam sortem in opprobrium vertam, sed ut mea mala deplorem: tu enim non alius atque ego quum ob alias res, tum quod nos eorundem liberorum procreatores sumus. atque si non maiore, at certe aequo dolore meum animum eorum praesenti conditione angi, haud diffiteri possis. sin minus, prodeat aliquis doceatque me aliam quandam causam, propter quam tanto iam frigore obtinente terram et, qui eam circumdat, aerem et tanta tempestate nostras res infestante, ego

τὸν ἐντεῦθεν ἐς Ὀρεστιάδα καὶ Διδυμότειχον ἀναδέχομαι μόχθον, παύειν ἐπειγομένη τῶν κοινῶν ἡμῖν παίδων τὰς περιστάσεις, καὶ εἴ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν καὶ ὅσοι κυκεῶνας καὶ κλύδωνας."

Ἀλλὰ τὸν περὶ τούτων εἰς δάκρυα καταλελυκότες λόγον 32
τέως ἀνέστησαν, καὶ ἡ μὲν βασιλὶς ἁπάσῃ σπουδῇ παρεσκευάζετο πρὸς τὴν ἔξοδον, ὁ δὲ βασιλεὺς πέμψας ἠξίου τὸν ἡγεμόνα Βιθυνίας καὶ γαμβρὸν Ὑρκανὸν μὴ βοηθεῖν Γεννουίταις. καὶ ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἠξίου πέμψας καὶ ὁ τοῦ Βενετικοῦ ναύαρχος στόλου, καὶ δῶρα τὰ μὲν ἐδίδου τὰ δ' ὑπισχνεῖτο. ὁ δ' ἐλπίσι μετεωρίζων διῆγε κεναῖς, δύ' ἐν νῷ ἔχων ταυτί, ἓν μὲν χρήματα λαμβάνειν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν, δεύτερον δ' ὅτι τουτωνὶ μαχομένων ἀλλήλοις ἀφοβίαν ἔχειν συνέβαινε τὴν αὐτοῦ " δύναμιν περαιουμένην ληΐζεσθαι Θρᾴκην καὶ f.119 a.
Μακεδονίαν, καὶ ὅσαπερ εἴη σκάφη καὶ ναυτικαὶ φορτίδες, φέρουσαί τε καὶ ἄγουσαι κατὰ νόμους ἐμπορικοὺς τἀπιτήδεια καὶ ὧν ἐν χρείᾳ καθίστανται νῆσοί τε καὶ πόλεις παράλιαι, τοῦτ' ἐκεῖνο σχεδὸν ὃ καὶ Φαρνάβαζος ἐκεῖνος ὁ Δαρείου παραθαλάττιος ἔπραττε στρατηγός, τῶν Ἑλλήνων πάλαι κατ' ἀλλήλων μαχομένων. ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ τὸ συμβὰν ἐμεμαθήκει μεταξὺ κατ' αὐτοῦ πλημμέλημα νεωστὶ πρὸς τῶν τοῦ βασιλέως υἱέων, ἀνεπήδησέ τε εὐθὺς ὑπ' ὀργῆς καὶ ἠπείλησε τὸν σατραπικὸν καὶ βαρβαρικώτερον τρόπον. εἶχε

mulier molestum laborem proficiscendi Orestiadem et Didymotichum suscipiam, ut filiorum nobis communium discrimina atque turbas fluctusque, quaecunque ea et quantacunque sunt, sedare coner.

Hoc colloquium quum lacrimis obortis finivissent, surrexerunt et imperatrix quidem omni studio profectionem paravit, imperator autem ad Hyrcanum, Bithyniae principem eundemque generum suum misit, qui peterent, ne opem ferret Genuensibus. idem qui rogarent, etiam classis Venetae praefectus misit, dona partim statim largiens, partim pollicens. ille autem vana spe suspensos eos habuit, duas quippe res animo agitans, primum quidem, ut ab utrisque partibus pecuniam acciperet, deinde, ut iis inter se contendentibus, secure classis in Thraciam atque Macedoniam transvecta praedam ageret et scaphas ac naves mercatorias interciperet, quae ex commercii legibus alimenta et res insulis atque urbibus maritimis necessarias exportant et important. idem igitur fere fecit, quod Pharnabazus, a Dario regioni maritimae praefectus, Graecis quondam inter se bellum gerentibus. at enimvero posteaquam cognovit, quod scelus nuper ab imperatoris filiis in se commissum esset, iracundia fervidus minas iactavit satrapae at-

δ' οὑτωσὶ τὸ συμβάν. πρεσβείαν ὁ τῶν Τριβαλλῶν πρὸ βραχέος ἡγεμὼν ἐπεπόμφει, πρὸς γάμου ζητῶν κοινωνίαν συνάψαι τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα τῶν τοῦ Ὑρκανοῦ τούτου παίδων ἑνί, ἵνα συγγενικῆς σχέσεως τὰς μεταξὺ σπονδὰς ἐρειδούσης μονιμώτερον τῇ τῶν Τριβαλλῶν ἐντεῦθεν εἴη χώρᾳ τὸ ἄφο-
24 βον. ἐς τοσοῦτο γὰρ ὁ βάρβαρος οὗτος ἤρθη δυνάμεως Ὑρκανός, ὡς μὴ μόνον Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην καὶ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ ληΐζεσθαι Ῥωμαίους καὶ Μυσοὺς ἀδεῶς, ἤδη δὲ καὶ Τριβαλλοῖς μακρὸν ἐνέβαλε δέος, πολέμιον κἀπὶ τῆς χώρας ἐκείνων ἐκπέμπων στρατόν, καὶ πλείστην ἐκεῖθεν ἐπαγόμενος, ὁπότε βούλοιτο, λείαν. τὴν δὴ τοιαύτην ἀσμένως ὁ βάρβαρος δεδεγμένος πρεσβείαν, δεξιάν τε ἐπεπόμφει σπονδῶν, καὶ ἅμα τοὺς τὸ κῆδος βεβαιώσοντας πρέσβεις. καὶ μὲν δὴ τούτοις ἐνεδρεύσας ἐπανιοῦσι μετὰ Τριβαλλικῶν πρέσβεων καὶ δώρων συχνῶν, περί που τὰς τοῦ Ῥαιδεστοῦ παρόδους, ὁ τοῦ βασιλέως ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρός, ὁ τοῦ τῶν Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων ἄρξαντος Κόντου πάλαι παῖς, τὰ μὲν δῶρα ἐκεῖνα ληστρικώτερον διήρπασε τρόπον, τῶν δὲ πρέσβεων οὓς μὲν ἀπέκτεινεν ἐξ ἐφόδου, οὓς δ' ἐζώγρησε. καὶ ἦν αὖθις καὶ τοῦτο προσθήκη δεινὴ τῇ τῶν ταλαιπώρων τύχῃ Ῥωμαίων. ὡς γὰρ χειμῶνος ἐν θαλάσσῃ κυμάτων ἀλλεπαλλήλων πλῆθος, οὕτως ἄλλο ἐπ' ἄλλοις ἀεὶ κἀνταῦθα συμπίπτει δυστύχημα· καὶ πρὶν τὰ πρῶτα δυνηθῆναι θεραπεύειν ὁπωσοῦν, ὁ τῆς ἁμαρτίας

que barbari more. sic autem se res habebat. legatos miserat Triballorum princeps paulo ante, qui matrimonii coniunctionem peterent inter filiam atque unum ex Hyrcani filiis, ut affinitatis vinculo foedus, quod inter se fecerant, confirmante constantior esset Triballorum ab illa parte securitas. Hyrcanus enim barbarus ad tantas opes evectus erat, ut non modo Macedoniam et Thraciam Romanosque atque Mysos in Thracia incolentes audacter praedaretur, verum etiam iam Triballis magnum iniiceret timorem, hostili in eorum fines immisso exercitu atque maxima, unde vellet, acta praeda. illa vero legatione benigne excepta, qui foederis fidem atque affinitatem confirmarent, legatos confestim misit. hisce autem una cum Triballorum legatis iter facientibus maximaque dona secum portantibus circa Raedesti aditum insidiatus imperatoris gener, filius Comitis, qui olim Aetolis et Acarnanibus imperitaverat, dona latronis more diripuit, legatos alios primo impetu occidit, alios vivos cepit. haec res rursus calamitosam accessionem miserorum Romanorum fortunae adiunxit. ut enim tempestate in mari coorta fluctuum aliorum super alios coacervatorum cumulus, ita etiam hic aliae super alias clades accidunt. atque,

δαίμων ἐπαντλεῖ τὰ δεύτερα, κἀπὶ τούτοις αὖ ἀεὶ τὰ μείζω καὶ μηδαμῇ προσδοκώμενα. ναὶ μὴν καὶ ὅσα τῶν παρεσκευασμένων βέβαιόν τε καὶ ἀναμφίλεκτον ἔχειν δοκεῖ πως τὸ εὔδαιμον, καὶ οἷς οὐδεὶς οὐδ' ὁθενοῦν οὐδ' ὁτιοῦν ἔχει μέμφεσθαι, ἕωθεν ἐς ἑσπέραν ἀνατρεπόμενα πάντα κεῖται, καὶ ἐς τοὐναντίον περιχωρεῖ, καὶ ῥᾷστα τῷ τῆς ἁμαρτίας περιτρέπει δαίμονι, ἐξ αὐτῶν ἀπηρτισμένα τελέως εἰπεῖν ἁρπαζόμενα τῶν χειρῶν. καὶ ἀεὶ πλείους καὶ κρείττους κεκτημένοι πολλαχόθεν τὰς ἀφορμὰς τῶν μαχίμων παρασκευῶν, ἥττους ἐν τοῖς καιρίοις ἑκάστοτε μακρῷ τῶν πολεμίων ἐξαίφνης φαινόμεθα· καὶ ἀεὶ γέμοντες ἐλπίδων χρηστῶν, ἀεὶ μακρῶν οὐκ εἰς μακρὰν ἀπογνώσεων τοὺς ἐν τέλει τρυγῶμεν καρπούς. ὃ καὶ μακρᾶς [25] περιίστησί μοι τὰς ἀπορίας, καὶ πολλοῖς καὶ μάλα ἀτόποις περικλύζει τοῖς ἐντεῦθεν κύμασιν, ὡς μηδὲ τὴν γλῶτταν ἔτι πρόσω δύνασθαι κινεῖν, χείροσιν ἀεὶ διηγήμασιν ἐντυγχάνουσαν. καὶ ἢν μή σύ μοι λύσαις, Ἀσκληπιός τις καὶ „Ἱππο- [f. 119 b.] κράτης οὑτωσί πως καμνούσῃ φανεὶς διανοίᾳ, οὐκ ἂν ἐμοὶ τῶν ἐφεξῆς ἐνείη λέγειν οὐδαμῇ, ἀλλ' ἐνταῦθα δή με τῶν ἀποριῶν αἱ φάραγγές τε καὶ τὰ ἔνεδρα φάναι τὸν οὕτω ταλαίπωρον κάμψαι βιάσονται δρόμον τῶν λόγων, πρὶν τῶν δεινῶν ἐπιθεῖναι τὰ μείζω. ἄγε δὴ οὖν, ἄγε, φίλη μοι κε-

priusquam una aliqua ex parte sarciri possit, iam peccatorum genius vindex alteram effundit et aliae etiam maiores prorsus inopinato sequuntur. atque mehercule etiam ea instituta, quae certam quandam atque indubitatam felicitatem habere videantur quaeque nemo ulla ex causa vel ulla in parte vituperare queat, ea a mane usque ad vesperam plane convertuntur, in contrariam conditionem circumaguntur, facillime a genio peccatorum vindice convelluntur et, quamvis ipsis manibus, ut ita dicam, comprehensa teneantur, tamen abripiuntur. licet autem in dies maiores atque meliores belli apparatus faciendi opportunitatem a multis partibus nanciscamur, semper tamen in maximarum rerum momentis hostibus multo inferiores ex improviso apparemus semperque optima repleti spe nunquam non brevi elapso tempore ad extremum magnas desperationes quasi nostrarum actionum fructus percipimus. hoc magnam mihi iniicit consilii inopiam multisque me ac miris fluctibus circumfundit, ut ne linguam quidem amplius possim movere, quae in peiores in dies narrationes incidat. quam nisi tu solves et veluti alter Asclepius et Hippocrates ad animum meum sic aegrotantem accedes, non fieri poterit, ut, quae sequuntur, tibi enarrem, sed molestiarum voragines et insidiae, ut ita dicam, verborum cursum tam miserum finire me cogent, priusquam rerum horribilium cumulum addiderim. agedum, age, dilectissimum mihi caput, tuam

dei, brutam efficiemus vitam. tum enim: effluent in perversionem et mutationem ratione carentem et impetum non gubernatum omnia et usus vitae omnis abibit ad multam dementiam et insaniam: tam attonitus et mente captus esset, neque sanus aeque et qui talia suadet et qui hoc persuasum sibi esse putat: multo profecto fuisset tibi sapientius dictum tuum, si tuis solis verbis et literis esset circumscriptum a te. his enim solis hodie abstinet pietas: et dicere debebas, non oportet putare in verbis aut literis Palamicis omnino esse pietatem, tu autem indefinite protulisti illud: ut iam iis qui te sequuntur a pietatis claris verbis et literis remotis facillime possis miscere impietaits tuae malum.

Libenter autem audiam a te etiam quasnam dicas res, in quibus pietatem inesse postquam definivisti et protulisti oppositione, silentio id praeteristi, cum nihil explicuisses: id quod ignorantiae tuae solitum est velamentum: dic mihi, te oro per inessentiales tuas et insubstantiales divinitates: quodsi divinam cogitasti et ter suppositam naturam, cur non explicuisti hoc, sed hoc voto dignum, spe nullo ut videtur modo: ac profecto multum quidem abest, neque enim est

ἔπειτά ποτ' ἔσεσθαι· ὃ γὰρ ἀνούσιόν τε καὶ ἄκτιστον, τῶν μηδὲν ὅλως μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντων ἐξ ἀνάγκης λέγοιτ' ἄν. τοιαύτη τῶν σῶν δογμάτων ἡ τερατεία καὶ τὸ σὸν ἐνθύμιον, ὦ κακὴ κεφαλή, πείθειν πιστεύειν εἰς τὸ μηδέν. τῶν γὰρ f. 147 v.
τοι θείων ῥημάτων καὶ γραμμάτων ἀνῃρημένων κατὰ τὴν σὴν 24
παραίνεσιν, ἃ τὴν τῶν πραγμάτων δηλοῦσιν ἀλήθειαν, τίς ποθ' ὁμολογία πίστεως καὶ πόθεν ἂν ποτε γένοιτο ἔτι; πόθεν δ' ἂν καὶ τίς ποτε τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσι γένοιτο γνῶσις θεοῦ τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς; ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔτι πολλὰ λέγειν ἔχοντι, τοῦ καιροῦ μὴ διδόντος, μετιτέον ἐφ' ἕτερα. ἐκεῖνο δὲ πῶς νοεῖς, ὦ καινὲ θεολόγε, λέγων ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν ἡμᾶς τὸν θεόν. ἢ γὰρ οὐ συνῆκας ἀκούων ἐκ τῶν ἔργων τῶν φαινομένων τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν τὸν ἡμῖν οὐ φαινόμενον γνωρίζειν ἡμᾶς θεόν; ἐνέργειαν γὰρ εἶναι καὶ τὰ ἀποτελέσματα δέδεικται μικρὸν ἡμῖν πρότερον. καὶ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων αὖθις ἀκούεις καὶ ἀλλαχοῦ τῆς γραφῆς λεγούσης θαυμάζεσθαι τὸν δημιουργόν, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ τοὺς οὐρανοὺς διηγεῖσθαι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. καὶ ὁ Δαμασκηνὸς ὁμοίως φησὶν Ἰωάννης "ὁ τῇ φύσει ἀόρατος θεὸς ὁρατὸς ταῖς ἐνεργείαις γίνεται, ἐκ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως καὶ κυβερνήσεως γινωσκόμενος." ὅμως παρακατιὼν 25
εὑρήσεις τὸν μέγαν Βασίλειον καὶ αὐτὸν ἑρμηνεύοντα τὰ

tui ingenii recte de deo cogitare et pronunciare: sed res ipse dicis has tuas inessentiales et infinitas divinitates: quae iam esse neque possunt neque postea poterunt unquam. quod enim inessentiale est et increatum, necessario in numero eorum ponendum est quae nihil omnino ullo modo sunt: tales sunt dogmatum tuorum praestigiae et haec tua est cura, o caput malum, ut suadeas credamus in id quod nihil est. etenim divinis verbis et literis sublatis, ut tu suades, quae rerum veritatem declarant quae tandem erit consensio fidei? et unde tandem tum fiat? unde et quae tandem iis qui pietatem colere volunt fiat cognitio dei qui nos creavit. sed quanquam de his praeterea multa dicere possum, cum tempus non sinat, ad alia transeundum est. illum autem quomodo cogitas o nove theologe cum dicas ex efficientiis nos cognoscere deum: aut enim non intellexisti quae audisti, ex operibus nimirum quae corporis oculis nostris perspiciuntur, cognoscere nos deum, qui non a nobis perspicitur: efficientiam enim esse etiam facta, demonstratum est a nobis paulo antea, et ex magnitudine et pulchritudine creatorum rursus audis etiam alibi scripturam dicentem nos admirari creatorum: atque hoc illud esse, quod coeli enarrent gloriam dei. et similiter ait Ioannes Damascenus, deus natura invisibilis efficientiis visibilis fit, ita ut e mundi compositione et gubernatione cognosci pos-

θηριώδη δρῶντες τὸν βίον. τὸ γὰρ ἐντεῦθεν ῥυήσεται πρὸς μεταβολὴν καὶ ἀλλοίωσιν ἄλογον εὐθὺς καὶ φορὰν ἀκυβέρνητον ἅπαντα, καὶ χρεία βίου παντὸς οἰχήσεται πρὸς τὸ μάλα ἀνόνητον καὶ οὐδὲν ὑγιές. οὕτως ἐμβρόντητος καὶ παραπλὴξ τὴν διάνοιαν εἴη ἂν καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ὁμοίως ὅ τε τοιαδὶ παραινῶν καὶ ὁ πεπεῖσθαι δοκῶν. πολλῷ μέντ' ἂν ἦν σοι σοφώτερον τὸ λεχθέν σοι, εἰ τοῖς σοῖς μόνοις ῥήμασι καὶ γράμμασι περιεγέγραπτό σοι. τούτων γὰρ μόνων ἀφίσταται τήμερον ἡ εὐσέβεια· καὶ δέον σοι λέγειν μὴ ἐν ῥήμασι μηδ' ἐν γράμμασι Παλαμικοῖς τὸ παράπαν εἶναι νομίζειν τὴν εὐσέβειαν, σὺ δ' ἀορίστως ἐξήνεγκας, ἵνα δὴ τῶν τῆς εὐσεβείας δηλωτῶν ῥημάτων καὶ γραμμάτων ἀποστήσας τοὺς πειθομένους ῥᾷστα τὸ τῆς σῆς ἀσεβείας ἔχῃς κιρνᾶν δηλητήριον.

Ἡδέως δ' ἂν ἀκούσαιμι παρὰ σοῦ καὶ τίνα ποτὲ λέγεις εἶναι τὰ πράγματα, ἐν οἷς τὴν εὐσέβειαν κεῖσθαι μετεωρίσας τῇ ἀντιθέσει, εἶτα σιγῇ παρέδραμες δεδηλωκὼς οὐδέν. τοῦτο δὴ τὸ τῆς ἀμαθίας τῆς σῆς εἰωθὸς προκάλυμμα εἰπὲ πρὸς τῶν σῶν ἀνουσίων καὶ ἀνυπάρκτων θεοτήτων. εἰ μὲν γὰρ τὴν θείαν καὶ τρισυπόστατον φύσιν, πῶς οὐ δεδήλωκας; ἀλλὰ τοῦτ' εὐχῆς μὲν ἄξιον, ἐλπίδος δ' οὐκ ἂν δήπου· πολλοῦ δεῖ καὶ δεῖ· οὐ γὰρ δὴ σὸν ὀρθὰ περὶ θεοῦ φρονεῖν καὶ φθέγγεσθαι. ἀλλὰ πράγματα φῂς αὐτὸς τὰς ἀνουσίους σου ταύτας καὶ ἀπείρους θεότητας, αἷς μήτ' ἤδη περίεστιν εἶναι μήτ'

dei, brutam efficiemus vitam. tum enim: effluent in perversionem et mutationem ratione carentem et impetum non gubernatum omnia et usus vitae omnis abibit ad multam dementiam et insaniam: tam attonitus et mente captus esset, neque sanus aeque et qui talia suadet et qui hoc persuasum sibi esse putat: multo profecto fuisset tibi sapientius dictum tuum, si tuis solis verbis et literis esset circumscriptum a te. his enim solis hodie abstinet pietas: et dicere debebas, non oportet putare in verbis aut literis Palamicis omnino esse pietatem, tu autem indefinite protulisti illud: ut iam iis qui te sequuntur a pietatis claris verbis et literis remotis facillime possis miscere impietaits tuae malum.

Libenter autem audiam a te etiam quasnam dicas res, in quibus pietatem inesse postquam definivisti et protulisti oppositione, silentio id praeteristi, cum nihil explicuisses: id quod ignorantiae tuae solitum est velamentum: dic mihi, te oro per inessentiales tuas et insubstantiales divinitates: quodsi divinam cogitasti et ter suppositam naturam, cur non explicuisti hoc, sed hoc voto dignum, spe nullo ut videtur modo: ac profecto multum quidem abest, neque enim est

ἔχον περιγραφὴν θεότητάς τε ὀνομάζειν καὶ ἄκτιστα προσαγορεύειν τολμᾶν ἀναπείθει.

Ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας λογοθέτης, σοφὸς ὢν ἀνὴρ καὶ τῶν λεγομένων συνιεὶς ἁπάντων μάλιστα ὅσοι παρῆσαν τέως ἐκεῖ τῶν ἐπὶ δόξῃ σεμνυνομένων, φησὶ πρὸς τὸν Παλαμᾶν ἔτι βοᾶν ὡρμημένον τὴν ἔκτοπον ἐκείνην καὶ ἀωρίᾳ μακρᾷ κεκραμένην παραδοξολογίαν, ὡς οὐδὲν ἕτερον βλέπω σε νῦν ἐπειγόμενον, ἄνθρωπε, ἢ τῇ πολυλογίᾳ θηρᾶσθαι δόξαν ἀνδρῶν ἀμαθῶν μηχανώμενον καὶ μὴ δοκεῖν πρὸς τῶν ἀντιθέτων ἡττᾶσθαι. ἀλλὰ μὴν αὐτοί γε τῆς ἀληθείας οἱ λόγοι σαφεῖς καὶ ἀναμφισβήτητοί εἰσι, καὶ ἐφ' ἑστίας ἔχουσι τὸ πιστόν. οὓς δὴ καὶ ἀκούεις πρὸς τοῦ Γρηγορᾶ φερομένους ὁμοῦ καὶ τῶν σοὶ λεγομένων αὐτόθεν τὸ σφαλερὸν ἔχοντας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἔχεις ἀνθυποφέρειν οὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ γραφικὰς κομίζειν ἀπαιτούμενος μαρτυρίας, ῥητῶς ἀποφαινομένας αὐτόχρημα πλεῖστα τὰ ἄκτιστα τῆς τρισυποστάτου διάφορα φύσεως, ἔπειτα μὴ δυνάμενος ὅλως εὑρεῖν μαρτυρίαν ἡντιναοῦν οὐδενὸς τῶν ἁγίων, παρὰ σαυτοῦ συνάγεις αὐτός, ὃ τῶν ἀτοπωτάτων ἐστίν. ἐκ γὰρ ἑτέρων ἑτέραις ἀεὶ περιπίπτων καινοφωνίαις σαφῆ τε καὶ ὑπερήφανον αὐτόθεν εὐθὺς τὴν δίκην τοῦ ἀδικεῖν ὀφλισκάνεις. ὁ γὰρ οἴκοθεν ἐπιχειρῶν τὰ κατὰ βούλησιν δογματίζειν, τοῦ κωλύειν ἰσχύοντος τηνικαῦτ' ἐνδιδόντος ὁμοῦ καὶ παροξύνοντος, οὐκ ἂν φθάνοι τὴν εὐσεβῆ

omnis autem res quae corpoream habet circumscriptionem ut divinitates vocare et increata appellare conentur eos adducit.

Tum logotheta magnus, sapiens vir et dicta intelligens maxime omnium qui aderant tum ibi ex iis qui gloria insolenter se efferebant, ad Palamam dixit contendentem acclamare inepta illa et valde intempestive immista paradoxa: nihil aliud nunc video te spectare, egregie, quam loquacitate studere laudes venari hominum indoctorum atque ab adversariis superari non videri: attamen ipsi veritatis sermones clari sunt et irrefutabiles, et per se fidem habent, quos etiam audis a Gregora proferri et dictorum tuorum ex eo ipso falsitatem declarare, neque enim potes contra afferre sani quidquam: sed monitus ut proferas scripta testimonia, quae aperte declarent plane plurima increata diversa esse a natura ter supposita, cum non possis omnino invenire testimonium ullum cuiusquam sanctorum, ex te ipso congeris tu quae ineptissima sunt. ex aliis enim semper in alia inaudita incidens continuo te reum apertae et plane conspicuae iniuriae agis. etenim qui suo periculo conatur arbitratu suo dogmata fingere, eo qui prohibere eum potest indulgente simul et incitante, non possit

ἑαυτοῦ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ· "ἐκ γὰρ θαλάσσης" φησὶ "καὶ ἀνέμων ὑπακουσάντων αὐτῷ ἐγνώρισαν αὐτοῦ τὴν θεότητα οἱ ἀπόστολοι. οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τῶν ἐνεργειῶν ἡ γνῶσις, ἐκ δὲ τῆς γνώσεως ἡ προσκύνησις." ὁρᾷς πῶς ἐκ τῶν ἐνεργηθέντων φησὶ θαυμάτων· ταύτας γάρ φησιν αὐτὸς εἶναι τὰς κατιούσας ἤτοι δεικνυμένας ἡμῖν ἐνεργείας. ἀλλὰ δυοῖν, ὡς ἔοικε, θάτερον δίδως νοεῖν. ἢ γὰρ ἐξ ἀκοῆς παροδικῆς εἰλήφεις τὴν ῥῆσιν, ἢ τῇ ἐπιστολῇ ἐντυχὼν οὐ συνῆκας· καὶ πάσχεις παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν μεσημβρίᾳ φωτὸς ἀκραιφνοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνασχὼν πρὸς τὸν ἥλιον, εἶτα δι' ἀτονίαν ἀποστραφεὶς πρὸς τὴν γῆν, χρωμάτων εἴδωλα φαντάζοιτο πολυειδῶν τε καὶ διαφόρων, ἃ πάντα ψευδῆ τε ὄντα καὶ ἀνύπαρκτα ταῖς ἀρρωστούσαις ὄψεσι δοκοῦσιν εἶναι ἀληθῆ. ἢ μᾶλλον ὥσπερ οἱ μεθύοντες οὐ τὰ ὄντα κατὰ φύσιν ὁρῶσιν ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα δοκοῦσι, κυματουμένης τῆς ὄψεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὑγρότητος καὶ οἱονεὶ κολυμβώσης ἐς τὰ φαινόμενα πλημμελῶς, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἀμαθίᾳ πολλῇ στρατηγούμενος ἥκιστα ἔχεις νοεῖν ὡς ἔχει
f. 148 r. φύσεως τὰ τοῖς θείοις δεδογμένα πατράσι. τοῦτ' ἐκεῖνο ὃ καὶ τοῖς ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα καὶ ἀπὸ σκαπάνης ἐπὶ τὸ θεολογεῖν αὐτομολοῦσι, πᾶν μὲν ὄνομα περὶ θεοῦ λεγόμενον σωματικὴν παρέχει τὴν ἔννοιαν, πᾶν δὲ πρᾶγμα σωματικὴν

sit. tamen progrediens reperies Basilium magnum et ipsum interpretantem sua ipsius verba in eadem epistola. e mari enim, inquit, et ventis, quae ei parebant, eius divinitatem apostoli cognoverunt, ergo ab efficientiis quidem nata est cognitio: a cognitione autem cultus. vides eum dicere e miraculis effectis, has enim dicit ille esse efficientias sive descendentes sive apparentes nobis. sed alterutrum videris dare nobis cogitandum: aut enim e fama cursim arripuisti sermonem aut in epistolam incidens non intellexisti: et idem pati videris ut si quis meridie integra luce oculos attollens ad solem, deinde propter languorem aversus in terram, colorum simulacra sibi imaginetur multiformium et diversorum, quae omnia quamvis ficta et substantia carentia oculis tamen languidis vera esse videntur: sive potius sicut ebrii non vident res quales vere sunt sed pro aliis alia videntur, oculo exagitato propter liquorem, qui in cerebro est, et tanquam natante et fluctuante quod ad res apparentes attinet, ita etiam tu ignorantiae multae dux minime scis quomodo se habeant natura dogmata patrum divinorum: illud ipsum, quod etiam iis usu venit, qui a remo ad suggestum et a ligone ad theologiam transvolant, omne nomen de deo dictum his praebet cogitationem corpoream,

τι σφόδρα σκοπεῖν σε χρεών· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτο σφίσι παρῇ, τοὐναντίον ἐπὶ μανδραβόλου, φάναι κατὰ τὴν παροιμίαν, χωρεῖ σοι τὸ σπούδασμα, καὶ κολοφὼν σοι γίνεται κακῶν ὁ τῆς ἀκαίρου γλώττης λῆρος, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ μᾶλλον καὶ τῇ πολυλογίᾳ πολύχουν ἐπιπολάζειν τὸ τῆς ἀτοπίας ἐπεφύκει γεώργιον, καὶ πρός γε δήπουθεν αἱ τῶν ἀπράκτων ἤχων τε καὶ ψόφων διατριβαὶ καὶ σχολαί. ἀλλ' ἡ τῶν θείων γραφῶν παραίνεσις μὴ μέταιρε φησὶν ὅρια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου, μηδὲ σοφίζου περιττά, ἀλλ' ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ· οὐ γάρ ἔστι σοι τῶν κρυπτῶν χρεία.

Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν Παλαμᾶς ἐσιώπησεν, ἀνέστη δέ τις 80
τῶν μαθητευομένων αὐτῷ, μάλα τι ἀμαθὴς καὶ θρασὺς καὶ ἐμπαροινῶν μᾶλλον ἢ λέγων κατὰ τῆς ἀληθείας, ὥσπερ ἑωλοκρασίας ἕωθεν αὐτῷ καταχεθείσης τινός. καὶ μὲν δὴ "περὶ δυνάμεων ἐγὼ" φησι "διαλεχθῆναι τήμερον βούλομαι· καί μοι φρασάτω παρελθὼν ὁ βουλόμενος, διὰ τί παντοδύναμος ὁ θεὸς καλεῖται ἢ διὰ τὸ πάσας ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὰς δυνάμεις. ἃς δὴ καλοῦμεν ἀκτίστους ἡμεῖς, καὶ διαφόρους ἀλλήλων καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ θεοῦ." ταῦτα παρὼν καὶ 81
ἀκηκοώς τις τῶν τοῦ Γρηγορᾶ φοιτητῶν, ὃς ἠκολούθησε μὲν οἴκοθεν αὐτῷ, ἀρξαμένης δὲ τῆς διαλέξεως ἐπέμφθη κομίσων τὴν τῆς δογματικῆς πανοπλίας δέλτον, καὶ κομίσας παρῆν τῷ συλλόγῳ λοιπὸν καὶ αὐτός, οὗτος οὖν παραλόγῳ τέως τῆς

adsit, e contrario, ut dicimus de mandrae ludo in proverbio, tibi evadet studium, et cacumen malorum tibi fiunt intempestivae linguae nugae: atque eo magis quo magis fructus ineptiarum est loquacitate feracem innatare: et praeterea vanorum clangorum sonorumque studia et curae. sed librorum divinorum adhortatio, ne evertas, inquit, fines, quos posuerunt patres tui: neve exquiras supervacanea, sed quae tibi imperata sunt, ea delibera; neque enim tibi opus est absconditis.

In his Palamas quidem silentium tenuit. surrexit autem quidam discipulorum eius, valde indoctus et temerarius: et ebrie se iactans magis, an dico contra veritatem tanquam vini reliquias mane in eum effusas. atque de potentiis ego, inquit, colloqui hodie volo: et dicat mihi accedens quisquis est cur omnipotens deus vocetur: an quia omnes in se habet potentias: quas nos vocamus increatas et diversas inter se et ab ipsa essentia dei. haec audivit quidam, qui aderat, discipulorum Gregorae, qui quidem domo eum sequutus est. incipiente autem colloquio missus est ut adferret pugillares dogmatici exercitus; quos cum attulisset postea iam aderat conventui et ipse. hic igitur repugnantia rerum auditarum gravatus surrexit et: profecto,

πανταχόθεν καὶ πάτριον πίστιν αὐτόθεν ἐλαύνων. ἀλλ' οὐ τοῦτο νῦν ἡμῖν ὁ σκοπός· ἀλλὰ βεβαιοῦντες τὰ τῶν θείων πατέρων καὶ διδασκάλων δόγματα πυθέσθαι ζητοῦμεν ὅθεν σοι τὰ καινοφανῆ κηρύγματα ταῦτα ἐξεύρηται, δι' ὧν πολὺν ἤδη χρόνον ταράττεις τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, σύμμαχον ἔχων τὴν τέως δυναστεύουσαν χεῖρα. βρέφος γὰρ ὢν ὁ θειότατος οὑτοσὶ βασιλεὺς ὁπότε κηρύττειν ἤρξω σὺ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἅμα συγχύσεως περὶ τὴν βασιλείαν ἐξῆς ἐνεχθείσης ὁθενδηποτοῦν καὶ ὁπωσδήποτε, καιρὸν οὐκ ἔσχεν ἀκη-
V. D κοέναι καὶ διορθώσασθαι. σὺ δ' ἀμεταβλήτως λήγειν οὐ βούλει κακῶν. ἡ μὲν οὖν παροιμία φησὶ τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον· ἐγὼ δὲ τὴν σὴν ἀμαθίαν μᾶλλον ἢ τὸν οἶνον οὐκ ἔχουσαν ὁρῶ πηδάλιον τὴν τῶν σῶν οἰακίζειν τρικυμίαν δογμάτων δυναμένην. ὃ τῶν ἐσχάτων ἐστὶ κακῶν. ὅταν γὰρ τὰ
f. 148 v. τοιαδὶ τῶν ἀδικημάτων ἀντὶ τοῦ κολάζεσθαι καὶ τὸ τιμᾶσθαι προσλάβῃ δι' αὐτά γε ταυτί, ποῦ μὲν οὐκ ἂν ἀτοπίας ἐλάσειε, ποῦ δ' ἂν τῆς ὑπερηφάνου σταίη φορᾶς καὶ κακίας κατὰ πρανοῦς οὑτωσὶ φερομένης; καὶ μή μοι λέγε καὶ τερατεύου νῦν ἐγκαυχώμενος ἐπί τε δυσηνίῳ γλώττης φορᾷ καὶ συμπεφυρμένων λόγων ἀλόγῳ σωρείᾳ, μηδ' ὄγκους μοι χάλκευε ῥημάτων ἀντιστρατευομένων οὑτωσὶ προφανῶς τῇ τε ἀληθείᾳ καὶ τῷ τοῦ παρόντος συλλόγου σκοπῷ· ἀλλ' εἰ καὶ τὸ εὖ μετὰ τοῦ εὐσεβοῦς τοῖς λεγομένοις πρόσεστί σοι, τοῦτο δὲ καὶ πάνυ

piam omnino et patriam fidem evertere: sed nunc non illud agimus, sed confirmantes divinorum patrum et praeceptorum dogmata scire studemus, unde a te haec nova edicta sint inventa, quibus per multum iam tempus conturbas dei ecclesiam, cum sociam habeas imperatoris manum. puer enim erat divinissimus hic rex, cum edicere tu talia incepisti, et deinde confusione in imperio exorta, undecunque et quocunque modo exorta est, tempus non habuit audiendi et corrigendi. tu autem immotus desinere non vis mala. proverbium quidem ait, vinum carere clavo: ego autem stultitiam tuam magis quam vinum non habere video clavum, qui possit dogmatum tuorum eluviem gubernare: id quod extremorum est malorum. etenim si talia facinora pro poena honores quoque accipiant, quo ineptiarum veniet? quo conspicui accrescent impetus et pravitatis in pronum ita iactatae. atque ne mihi dicas et portenta loquaris nunc glorians, in impotentia linguae effrenato et cumulatorum verborum bruta coacervatione, neve fabriceris tumida verba quae tam aperte veritati et huius conventus consilio bellum indicunt: sed num etiam honestas et pietas dictis tuis adsint, hoc longe maxime te spectare oportet, nam si hoc iis non

τι σφόδρα σκοπεῖν σε χρεών· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτο σφίσι παρῇ,
τοὐναντίον ἐπὶ μανδραβόλου, φάναι κατὰ τὴν παροιμίαν, χωρεῖ σοι τὸ σπούδασμα, καὶ κολοφὼν σοι γίνεται κακῶν ὁ τῆς
ἀκαίρου γλώττης λῆρος, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ μᾶλλον καὶ
τῇ πολυλογίᾳ πολύχουν ἐπιπολάζειν τὸ τῆς ἀτοπίας ἐπεφύκει
γεώργιον, καὶ πρός γε δήπουθεν αἱ τῶν ἀπράκτων ἤχων τε
καὶ ψόφων διατριβαὶ καὶ σχολαί. ἀλλ' ἡ τῶν θείων γραφῶν
παραίνεσις μὴ μέταιρε φησὶν ὅρια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου,
μηδὲ σοφίζου περιττά, ἀλλ' ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ· οὐ γάρ ἐστί σοι τῶν κρυπτῶν χρεία.

Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν Παλαμᾶς ἐσιώπησεν, ἀνέστη δέ τις 80
τῶν μαθητευομένων αὐτῷ, μάλα τι ἀμαθὴς καὶ θρασὺς καὶ
ἐμπαροινῶν μᾶλλον ἢ λέγων κατὰ τῆς ἀληθείας, ὥσπερ ἑωλοκρασίας ἕωθεν αὐτῷ καταχυθείσης τινός. καὶ μὲν δὴ "περὶ
δυνάμεων ἐγὼ" φησι "διαλεχθῆναι τήμερον βούλομαι· καί
μοι φρασάτω παρελθὼν ὁ βουλόμενος, διὰ τί παντοδύναμος
ὁ θεὸς καλεῖται ἢ διὰ τὸ πάσας ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὰς δυνάμεις. ἃς δὴ καλοῦμεν ἀκτίστους ἡμεῖς, καὶ διαφόρους ἀλλήλων καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ θεοῦ." ταῦτα παρὼν καὶ 81
ἀκηκοώς τις τῶν τοῦ Γρηγορᾶ φοιτητῶν, ὃς ἠκολούθησε μὲν
οἴκοθεν αὐτῷ, ἀρξαμένης δὲ τῆς διαλέξεως ἐπέμφθη κομίσων
τὴν τῆς δογματικῆς πανοπλίας δέλτον, καὶ κομίσας παρῆν τῷ
συλλόγῳ λοιπὸν καὶ αὐτός, οὗτος οὖν παραλόγῳ τέως τῆς

adsit, e contrario, ut dicimus de mandrae ludo in proverbio, tibi evadet studium, et cacumen malorum tibi fiunt intempestivae linguae nugae: atque eo magis quo magis fructus ineptiarum est loquacitate feracem innatare: et praeterea vanorum clangorum sonorumque studia et curae. sed librorum divinorum adhortatio, ne evertas, inquit, fines, quos posuerunt patres tui: neve exquiras supervacanea, sed quae tibi imperata sunt, ea delibera; neque enim tibi opus est absconditis.

In his Palamas quidem silentium tenuit. surrexit autem quidam discipulorum eius, valde indoctus et temerarius: et ebrie se iactans magis, an dico contra veritatem tanquam vini reliquias mane in eum effusas. atque de potentiis ego, inquit, colloqui hodie volo: et dicat mihi accedens quisquis est cur omnipotens deus vocetur: an quia omnes in se habet potentias: quas nos vocamus increatas et diversas inter se et ab ipsa essentia dei. haec audivit quidam, qui aderat, discipulorum Gregorae, qui quidem domo eum sequutus est. incipiente autem colloquio missus est ut adferret pugillares dogmatici exercitus; quos cum attulisset postea iam aderat conventui et ipse. hic igitur repugnantia rerum auditarum gravatus surrexit et: profecto,

ἀκοῆς ἀχθεσθεὶς καὶ διαναστάς, "καὶ μὴν" φησὶν "ἐχρῆν πασοδύναμον οὑτωσὶ κατὰ σὲ καλεῖν τὸν θεόν, καὶ μὴ παντοδύναμον. ἡμῖν γὰρ ἐκ τοῦ τὰ πάνθ' ὅσα βούληται δύνασθαι μέχρι νῦν ἐδόκει καλεῖσθαι παντοδύναμον τὸν θεόν, καὶ οὐχ ὡς σὺ φῄς." ὑπολαβὼν δὲ ὁ Παλαμᾶς "ἀλλὰ κατὰ τροπὴν τοῦ σ" φησὶν "εἰς τ γίνεται παντοδύναμος, καθάπερ καὶ θά-
f. 149 r. λασσα θάλαττα." γέλως οὖν ἐπὶ τούτοις ἤρθη πολύς, ὡς μηδ' αὐτὸν Γρηγορᾶν κατέχειν ἑαυτὸν δύνασθαι, καίτοι πολλὰ πρὸς τὸ μὴ φανῆναι γελῶντα βουλόμενον καὶ ἅμα σιγᾶν
[illegible] διὰ τὰς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνας ἐπιτηδεύοντα. ἀλλ' ὁ Παλαμᾶς διακόπτειν τὸν γέλωτα μηχανώμενος τῶν πρότερον εἴχετο λόγων, ἀναλαμβάνων αὖθις ἐκεῖθεν. "ὅτι δ' ἄλλο τὸ ἔχον" φησὶ "καὶ ἄλλο τὸ ἐχόμενον, δῆλον κἀκ τοῦ ἁγίου Μαξίμου λέγοντος 'ὁ μὲν θεὸς γινώσκει ἑαυτὸν ἐκ τῆς μακαρίας οὐσίας αὐτοῦ, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα ἐκ τῆς σοφίας αὐτοῦ, δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐποίησεν.' ἄλλος οὖν ὁ θεός, καὶ ἄλλη ἡ σοφία αὐτοῦ δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐποίησε, τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας πάντῃ διάφορός τε καὶ ἄκτιστος· ἄλλος γὰρ ὁ θεὸς ὁ ἔχων, καὶ ἄλλη ἡ σοφία αὐτοῦ ὡς ἐκτὸν καὶ ἀνούσιον."
[illegible] πρὸς ταῦτα ὁ Γρηγορᾶς ὥσπερ ἔνθους γενόμενος ἀνεβόησεν "οὐκ ἀκούετε, πάντες οἱ τῆς ὀρθοδοξίας ἀντιποιούμενοι, προφανῶς ἀναιροῦντα τὴν εὐσεβῆ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν ὁμοῦ τοῖς εὐαγγελίοις καὶ πάσαις τῶν θείων πατέρων γραφαῖς, καὶ

inquit, oportebat hac ratione secundum te deum vocare *πασοδύναμον* neque vero *παντοδύναμον*; nobis enim quia omnia, quaecunque vult, facere potest, usque ad hoc tempus placuit ut *παντοδύναμος* vocaretur deus neque vero ut tu dicis. referens autem Palamas, sed cum mutari possit, inquit, *Σ* in *T*, fit *παντοδύναμος*, sicut etiam *θάλασσα* in *θάλαττα* mutatur. risus igitur ad haec sublatus est magnus, ita ut ne ipse quidem Gregoras continere se posset quanquam multum operae dedit ne ridens conspiceretur, simulque tacere propter capitis dolores studuit. sed Palamas risum exstinguere conatus in prioribus inhaerebat sermonibus, et rursus inde orsus est. aliud, inquit, esse id quod habet, aliud id quod habetur, intelligitur etiam e sancti Maximi dicto: deus quidem se cognoscit ex essentia sua beata: quae autem ab eo facta sunt ex eius sapientia qua et in qua universa fecit. alius igitur est deus, alia sapientia eius tanquam habitum et inessentiale. ad haec Gregoras ut divino numine afflatus exclamavit: nonne omnes auditis, qui verae formulae fidei estis studiosi, cum aperte tollere piam Christi ecclesiam simul cum evangeliis et omnibus patrum divinorum scripturis, et dicere filium et rationem dei diversos

λέγοντα τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ διάφορον τῆς πατρικῆς οὐσίας καὶ ὑφειμένον θεόν, καθάπερ Εὐνόμιός τε καὶ Ἄρειος ἐκεῖνος, καὶ ὅσοι τὰ τοιαῦτα πάλαι βεβλασφημήκεσαν; ἵνα γὰρ τὰς τῶν θείων διδασκάλων ἡμῶν ἐν τῷ παρόντι σιγήσω ῥήσεις, οὐκ ἀκούετε πάντες ἀεὶ τοῦ θείου λέγοντος εὐαγγελίου 'πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν,' καὶ τοῦ Δαβὶδ πολλῷ προθεσπίσαντος πρότερον 'πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας,' καὶ τοῦ Σολομῶντος αὖθις 'ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει.' τίς οὖν ἔτι χρεία λόγων εἰς ἀπόδειξιν τῆς παλαιγενοῦς αὐτοῦ κακοδοξίας, ἣν πάλαι ὠδίνησέ τε καὶ ἔτεκε καὶ ἀεὶ γράφων καὶ λέγων οὐ διαλείπει, κἂν ταῖς πλατείαις καὶ ἀγοραῖς διδάσκων κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν, καὶ τὰς ἀκοὰς διορύττων τῶν ἁπλουστέρων."

Ὁ δὲ Παλαμᾶς τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τὰς ἐννοίας 84
καὶ κλίσεις μεθαρμόζων ἐβλασφήμει τὰ χείριστα. ἐπιτιμηθεὶς δ' ὡς ἀμαθὴς τὴν τῶν συνδέσμων διαστολὴν ἀντεισῆγε τοῦ μὲν καὶ τοῦ δέ. "γινώσκει γάρ" φησὶν ἡ τοῦ θείου Μαξίμου ῥῆσις "ἑαυτὸν μὲν ὁ θεὸς ἐκ τῆς μακαρίας οὐσίας αὐτοῦ, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα ἐκ τῆς σοφίας αὐτοῦ, δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐποίησεν. ἔδει οὖν εἰπεῖν καθ' ὑμᾶς ὅτι καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως γινώσκει ἑαυτὸν ἐκ τῆς μακαρίας οὐ-

esse a paterna essentia et submissum deum, ut Eunomius et Arius ille et quicunque talia iam olim conviciati sunt: etenim ut divinorum praeceptorum nostrorum nunc taceam dicta, nonne auditis omnes semper divinum evangelium dicere: omnia per eum fiebant et sine eo fiebat ne unum quidem, quod factum est; et Davidem multo antea vaticinatum esse: omnia in sapientia fecisti; et Solomonem rursus: deus sapientia fundavit terram, repraesentavit autem coelos in cognitione. quid igitur iam opus est verbis ad ostendendam antiquam eius in dogmatis perversitatem, quam iam olim parturivit et peperit, et non desinit semper scribere et dicere, in plateis quoque et foris docere propter magnam eius qui prohibere possit eum solitudinem et aures perforare simpliciorum.

Palamas autem nominum et verborum notiones et declinationes mutans pessima conviciabatur. postquam autem nos obiurgavit, ut indoctus coniunctionum oppositionem introduxit, vocum nimirum "quidem" et "sed." cognoscit enim, ait divini Maximi dictum, se quidem deus ex essentia sua beata: quae autem ab eo facta sunt, e sapientia sua, qua et in qua universa fecit. oportebat igitur eum dicere secundum vos, filium quoque similiter cognoscere se ex essentia eius

σίας αὐτοῦ, ἵνα τὸ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον δείξῃ· τούτου δ' ἐκείνῳ σιωπηθέντος δείκνυται συμφωνῶν ἐμοί, καὶ οὐδαμῇ γε ὑμῖν."

85 Πολλῆς οὖν ἐνστάσεως ἐνταυθοῖ γενομένης τῶν ἑκατέ-
L. 149 v. ρωθεν, ὥσπερ διαιτητὴς μεταξὺ γενόμενος ὁ Γρηγορᾶς, καὶ τὰς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνας παρὰ φαῦλον τέως ποιησάμενος διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς χρείας, "πρῶτον μὲν σκεπτέον" φησὶ "δυοῖν ὁπότερον ταῖς κοιναῖς τῆς ἐκκλησίας ἐννοίαις ἀκολουθεῖ καὶ ταῖς ἄνωθεν κυρωθείσαις τῶν θείων δόξαις πατέρων, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον χρῆναι φάσκοντα ἡμᾶς ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ὁρμωμένους περὶ θεοῦ τὰ ἐναντιούμενα, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει, ὁμολογεῖν μὴ νοεῖν. οἷον κατὰ τὰς κοινὰς ὑπολήψεις ἔστι τὴν θείαν φύσιν ἀγαθὴν καὶ ἀόργητον καὶ δικαίαν ὁμολογεῖν. ἐὰν οὖν ὀργιζόμενον ἢ λυπούμενον ἢ μεταμελόμενον ἢ μὴ κατ' ἀξίαν τινὶ χρώμενον ἡ γραφὴ λέγῃ, ζητεῖν προσήκει τὸ τῆς λέξεως βούλημα, καὶ μεριμνᾶν τίνα τρόπον ἀποκαταστῆσαι δυνηθῶμεν, οὐχὶ δὲ ἀνατρέπειν τὰς ἀξιολόγους περὶ θεοῦ ὑπολήψεις. καὶ οὕτως ἀπροσκόπτως ἐντευξόμεθα ταῖς γραφαῖς, ἀπὸ μὲν τῶν ἀσαφεστέρων μὴ
86 βλαπτόμενοι, ἀπὸ δὲ τῶν εὐλήπτων ὠφελούμενοι. ἔστι μὲν οὖν συνδεδογμένον ἅπασιν ὀρθοδόξοις τὰ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ γεγενῆσθαι. 'τῷ λόγῳ γὰρ' φησι 'κυρίου

beati, ut eandem naturam eandemque essentiam ostenderet: quod cum ab eo praetermissum sit silentio, apparet illi mecum convenire neque vero ullo modo vobiscum.

Magna igitur oppositione facta utriusque partis Gregoras tanquam arbiter factus et capitis dolores parvi faciens propter usus auxiliique necessitatem, primum quidem, inquit, spectandum est, utrum communes ecclesiae cogitationes sequatur et diviniorum patrum sententias superne confirmatas, secundum Basilium magnum, qui oportere dicit nos a communibus de deo cogitatis orsos contraria in vocibus convenire non putare. ut secundum communes sententias concedendum est, divinam naturam bonam esse et irae expertem et iustam: quodsi iratum aut moestum esse aut poenitentiam agere aut uti aliquo non ex merito deum scriptura dicat, decet inquirere in verborum vim, et excogitare quomodo possimus restituere eam, neque vero evertere sententias, quae sunt de deo, graves: et hoc modo sine offensione utemur scripturis, ex iis quae obscuriora sunt nullum damnum facientes, ex iis autem, quae clara sunt, utilitatem capientes. constat quidem inter omnes orthodoxos, universa per filium et rationem dei facta esse. ratione enim ait domini coeli solidi sunt facti: et ut di-

οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν.' καὶ κατὰ τὸν Νυσσαέα θεῖον Γρηγόριον ὄντως σοφία καὶ βουλὴ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι πλὴν τῆς τοῦ παντὸς προεπινοουμένης σοφίας, ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐγένετο καὶ διεκοσμήθη. Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. καὶ πάλιν σοφία τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς κατὰ τὸν θεῖον Μάξιμον καὶ φρόνησις ὁ κύριος ἡμῶν ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ καὶ τὰ καθόλου τῶν ὄντων συνέχων τῇ δυνάμει τῆς σοφίας καὶ τὰ συμπληρωτικὰ τούτων μέρη περιέχων τῇ φρονήσει τῆς συνέσεως, ὡς πάντων φύσει δημιουργὸς καὶ προνοητής, καὶ εἰς ἓν ἄγων τὰ διεστῶτα δι' ἑαυτοῦ. καὶ ὁ Δαμασκηνός 87
φησιν Ἰωάννης ὁμοίως, ὅτι οὐκ ἔστι τῷ πατρὶ λόγος σοφία δύναμις θέλησις εἰ μὴ ὁ υἱός, ὅς ἐστιν ἡ μόνη δύναμις τοῦ πατρὸς ἡ προκαταρκτικὴ τῆς πάντων ποιήσεως. καὶ μυρίας ἔχοι τις ἂν μαρτυρίας προάγειν ταυτὶ συνιστάσας. καὶ πρῶτον μὲν δὴ σκεπτέον ἂν εἴη τουτί, δεύτερον δὲ πῶς καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος τοῖς κοινοῖς τῆς ἐκκλησίας ἕπεται δόγμασιν, εἰ μή τις ἐνταῦθα παρεξηγεῖσθαι βιάζοιτο. ἡ γὰρ διαστολὴ τῶν συνδέσμων ἐνταῦθα οὐ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν διαστέλλει, ἀλλ' ἐκ τῶν κτισμάτων μάλιστα τὸν θεὸν διαιρῶν, συμπαραλαμβάνει καὶ συνάπτει τούτῳ καὶ τὸν υἱὸν εἰς τὴν f. 150 r.
τῶν κτισμάτων γνῶσιν, ἵνα μὴ δόξῃ χωρίζειν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ ἐν τῇ τούτων γνώσει, δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ πεποίηκεν ἅπαντα ταῦτα. καὶ γὰρ καὶ ὅτε φησὶ τὸν θεὸν ὁ ἅγιος γι- 88

vinus ait Gregorius Nyssaeus: re vera sapientia et voluntas nihil aliud est, quam praemeditata universum sapientia, in qua universa facta et adornata sunt. Christus enim est dei vis et dei sapientia. et rursus sapientia dei et patris secundum divinum Maximum consilium quoque dominus noster est Iesus Christus, qui etiam universa quae sunt continet vi sapientiae, et complentes partes complectitur consilio mentis ut omnium a natura creator et praemeditans, et in unum contrahit distantia per se. et similitcr ait Ioannes Damascenus: nulla est patri ratio, sapientia, vis, voluntas, nisi filius: qui quidem sola est vis patris creationem omnium praeparans. atque sexcenta possunt proferri testimonia quae haec confirment, et primum quidem hoc spectandum est: deinde etiam divinum Maximum sequi communia ecclesiae dogmata, nisi quis hic falso interpretari studeret: distinctio enim coniunctionum hic non patrem et filium distinguit, sed e creatis maxime deum secernens comprehendit et coniungit huic etiam filium in creatorum cognitione ne videatur removere pater filium a se in horum cognitione, per qaem et in quo fecit haec omnia. etenim etiam cum dicit deum sanctus cognoscere se cx essentia sua beata

γινώσκειν ἑαυτὸν ἐκ τῆς μακαρίας οὐσίας αὐτοῦ, οὐκ ἀποστερεῖ τὸν υἱὸν τῆς τοιαύτης γνώσεως. πῶς γάρ, ὁμοούσιον ὄντα τε καὶ τὴν αὐτὴν τῷ πατρὶ γνῶσιν ἔχοντα, ὡς καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ λέγων ʿκαθὼς γινώσκει με ὁ πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα.ʾ καὶ ʿπάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν.ʾ διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ γνώσει διὰ τὴν φυσικὴν καὶ οὐσιώδη ταυτότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ πολυπραγμοσύνης οὐκ ἐδεήθη τινός· ἐν δὲ τῇ πρὸς τὰ κτίσματα γνώσει συμπαρειλήφει καὶ τὴν σοφίαν ὁ θεῖος οὗτος Μάξιμος, δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ ταυτὶ πεποίηκεν ἅπαντα, ἀναγκαίας οὔσης τῆς τοιαύτης ἐνταῦθα μνήμης διὰ τὰς ὑποστάσεις, ὥσπερ ἐκεῖ τῆς σιωπῆς διὰ τὸ πᾶσιν ἐγνωσμένον ὑπάρχειν τὸ τῆς οὐσίας υἱοῦ 89 καὶ πατρὸς ἀδιαίρετον καὶ ταυτόν. ἐναργέστερον δ' ὅμως ἔτι καὶ ὁ θεῖος οὗτος Μάξιμος δείκνυσι προϊών, καὶ τῆς τεχνικῆς ἐνταυθοῖ μεμνημένος σοφίας, μή τις ἐξ ἀμαθίας ὁπωσποτὲ πλανηθεὶς ἐκεῖθεν ἐξολισθήσῃ πρὸς δυσσεβεῖς λογισμούς, καὶ ἀντὶ τῆς ὄντως σοφίας τὴν ἐν τοῖς κτίσμασι τεχνικὴν δοξάσῃ σοφίαν, καθάπερ καὶ οὑτοσὶ Παλαμᾶς βεβλασφήμηκέ τε πρότερον πολλάκις, καὶ νῦν αὖθις ἐφ' ἡμῶν οὐκ αἰδεῖται τολμῶν τὰ ἀτόλμητα. φησὶ γὰρ κατόπιν ὡς ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ φύσις γινώσκει τὰ κτίσματα ἀναλήψει τῆς ἐν αὐτοῖς θεωρουμένης τεχνικῆς σοφίας καὶ γνώσει τῶν ἐν αὐτοῖς φυ-

non privat filium tali cognitione: qui potest eum, qui eadem sit essentia et eandem cum patre habeat cognitionem: ut etiam ipse de se testatur; dicens ut cognoscit me pater, ego quoque patrem cognosco: et omnia, quae habet pater, mea sunt; et ego et pater unum sumus. propterea ibi quidem in dei cognitione propter naturalem et essentialem similitudinem patris et filii non opus fuit ulla curiositate: in cognitione autem, quae in creatis versatur, comprehendit etiam sapientiam divinus hic Maximus, qua et in qua haec fecit omnia: cum necessaria esset tali hic commemoratione propter substantias, ut ibi silentio quia omnibus notum est, esse essentiam filii et patris indiscretam et eandem: clarius tamen porro etiam divinus hic Maximus demonstrat progrediens cum etiam artificiosae illic mentionem faciat sapientiae: ne quis ignorantia ut fieri solet errans inde incidat in impias ratiocinationes et pro vera sapientia artificiosam illam quae tes in creatis opinetur sapientiam, ut etiam Palamas hic et convicitus est iam antea saepe, et nunc rursus in nobis non pudet eum audere inausa. ait enim post: ratione et mente praedita natura cognoscit creata comprehensione animadversae in iis artificiosae sapientiae

σικῶν λόγων. ἥντινα δὴ τεχνικὴν σοφίαν παρακατιὼν αὖθις
αὐτὸς ψιλὴν καὶ ἀνυπόστατον ἐν τῷ νῷ συνισταμένην φησίν,
οὑτωσὶ κατὰ λέξιν διαγορεύων, ὅτι τὰ ὑπὸ θεοῦ γεγονότα
γινώσκει τὸν θεὸν τῇ ἀναλήψει, ὡς εἴρηται, τῆς ἐν τοῖς γε-
γονόσι θεωρουμένης τεχνικῆς σοφίας, ἥτις ἐστὶ ψιλὴ καὶ ἀνυ-
πόστατος ἐν τῷ νῷ συνισταμένη. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν αὐτὸς 90
οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας φησὶ τὸν θεὸν γινώσκομεν, ἀλλ' ἐκ τῆς
μεγαλουργίας καὶ προνοίας τῶν ὄντων· διὰ τούτων γὰρ ὡς
δι' ἐσόπτρων τὴν ἄπειρον ἀγαθότητα καὶ σοφίαν καὶ δύνα-
μιν κατανοοῦμεν." ταῦτα διεξιὼν ὁ Γρηγορᾶς, "ὁρᾷς" ἔφη
πρὸς τὸν Παλαμᾶν στραφείς "ὅπως δυοῖν προκειμένων ἐν-
ταῦθα βλασφημιῶν ἐξ ἀνάγκης μιᾷ περιπίπτεις; ἢ γὰρ τὸν f. 150 v.
υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὴν ὄντως σοφίαν δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα
πεποίηκεν, ἀνούσιον λέγεις θεότητα, ἢ τὴν ἐν τοῖς κτίσμασι
τεχνικὴν σοφίαν ἄκτιστον καὶ ταύτην καὶ ἅμα ἀνούσιον φά-
σκεις θεότητα· ἣν ψιλὴν καὶ ἀνυπόστατον ἐν τῷ νῷ συνι-
σταμένην τὸν θεῖον ἀκήκοας λέγοντα Μάξιμον. τοιαῦτα γάρ
σου τὰ τῶν ἀτόπων καινοφωνιῶν αἰσχρά, καὶ οὕτω σχέτλια
τὰ συμπεράσματα τῆς σῆς δυσσεβείας. ἔπειτα ζῆν τολμᾷς, 91
καὶ ἀναιδέσιν ὀφθαλμοῖς τὴν οὐρανίαν βλέπειν λαμπάδα, τὸ
σεμνὸν ἡλίου βλέφαρον, καὶ ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσιν ὁμιλεῖν,
καὶ τοῦ αὐτοῦ συμμεταλαμβάνειν αὐτοῖς ἀέρος, ὑπόμνημα

et cognitione naturalium quae in iis sunt rationum: quam quidem sapientiam artificiosam paulo post rursus ipse tenuem et substantiae expertem in mente compositam dicit, hoc modo ad verbum statuens: quae a deo facta sint cognoscere deum comprehensione ut dictum est animadversae in iis quae facta sunt artificiosae sapientiae, quae quidem est tenuis et substantiae expers in mente composita. et alibi rursus ille: non ex essentia, inquit, deum cognoscimus, sed e magnificentia et providentia rerum. ex his enim ut e speculis infinitam bonitatem et sapientiam et vim intelligimus. haec persecutus Gregoras, vides, inquit, ad Palamam conversus, cum duae sint hic maledictiones propositae, necessario in alteram te incidere; aut enim filium dei, qui est vera sapientia, qua et in qua universa fecit, inessentialem dicis divinitatem aut artificiosam quae est in creatis sapientiam et ipsam increatam simulque inessentialem vocas divinitatem, quam tenuem et substantiae expertem in mente compositam divinum audivisti dicentem Maximum. talis enim tua est ineptorum paradoxorum turpitudo et tam immanes sunt ratiocinationes impietatis tuae: et tamen vivere audes et oculis impudentibus coelestem suspicere facem, augustum solis oculum et inter homines mente praeditos versari eiusdemque cum iis particeps esse aëris, exemplum tantae pravitatis factus

τοσαύτης κακίας τῇ τοῦ Χριστοῦ γεγονὼς ἐκκλησίᾳ; σὺ δ', εἰ βούλει, καινοφώνησον ἔτι, καθάπερ ἀκτίστων ἑσμὸν θεοτήτων, οὕτω καὶ τέχνην καινήν. ἔξεστι γάρ σοι τῇ συνήθει χρωμένῳ τῆς ἀμαθίας ἀναιδείᾳ πανταχῇ, καὶ τὸ συγκεχωρηκὸς μετὰ ῥᾳστώνης ἐκ σεαυτοῦ λαμβάνοντι, καὶ μηδαμῇ ταμιευομένῳ τὰς παραλόγους τύχας καὶ τραγικάς, μηδ' ἐπὶ ῥητοῖς τὸ τῆς γνώμης ἐῶντι καθεύδειν μεμηνός τε καὶ αὔθαδες. πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη τῶν πάλαι καὶ σοφίας ἔμμουσος ἁρμονία τε καὶ ῥυθμὸς τὸ ἐνεργεῖν ἐξελάθετο τῆς σῆς ἀνουσίου ταύτης ἐνεργείας, δι' ἧς ἀπονητὶ τὰς ἀκτίστους χαλκεύεις θεότητας, ἐξ αὐτομάτου φυείσης, ὥσπερ τὸ τῶν σπαρτῶν ἐκείνων γιγάντων αὐθήμερον γένος ἡμῖν ἀττικίζοντες ὑπογράφουσι μῦθοι, καινοτέρων ἀκουσμάτων φορὰν εἰκονίζοντες.
98 ἐπεὶ δὲ ταῖς τῶν λόγων καινότησι καὶ νόμων δεῖ καινοτέρων, γράψον, εἰ βούλει, καὶ ψήφισμά τι καινόν, μὴ χρῆσθαι κατ' ἐπιστήμην τοῖς λόγοις ἔτι. γενοῦ τοῖς νῦν καὶ αὐτὸς καιροῖς Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ ἐπὶ κακίᾳ διαβεβοημένος, καὶ βαρβαρικώτερα μᾶλλον ἢ κατ' ἐκεῖνον δεικνὺς τὰ τολμήματα. μᾶλλον δὲ καὶ γέγονας, καιροῦ τυχὼν πονηροῦ καὶ βίον ἑλόμενος κακοδαίμονα καὶ ἐπάρατον, ἀφ' οὗ πολλαὶ μὲν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀνερρώγεσαν φάραγγες, πολλοὶ δὲ κακῶν ἐξερρύησαν ἀθέμιτοι ῥύακες. ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος, οἶμαι, χαιρήσεις, ἀλλ' ἀποδώσει ταχὺ βασιλεὺς οὑτοσὶ τὴν πάτριον τῆς ἐκκλη-

Christi ecclesiae? tu vero, si vis, fabricare praeterea ut increatarum copiam divinitatum ita etiam artem novam. licet enim tibi cum consueta utaris ignorantiae impudentia ubique et concessionem facile ex te sumas neque ullo modo dispenses fortunas inexspectatas et portentosas, neque certis conditionibus sententiam tuam sinas quiescere insanam et audacem. omnis enim veterum scientia et institutus sapientia concentus et rhythmus oblita sunt efficiendi, cum tua inessentialis haec efficientia, qua sine ullo negotio increatas fabricaris divinitates ex se ipsa nata sit: quale Spartorum illorum gigantum diurnum genus nobis adumbrant fabulae atticae, recentiorum rumorum impetum et proventum depingentes. sed quoniam novitati verborum etiam legibus novis est opus, age scribas, si vis, etiam edictum novum quoddam, ne quis secundum scientiam postea utatur verbis, fias his temporibus et ipse Iulianus imperator pravitate infamis, et crudeliores potius quam ex eius natura proferas audacias, sive potius iam factus es adiutus occasione misera et vitam infaustam eligens et detestabilem, ex qua multae contra pietatem proruperunt voraginet, multique malorum effusi sunt amnes nefarii, sed non usque ad finem opinor ridebis: sed

σίας εὔκλειαν τῷ δεδωκότι τούτῳ τὴν πατρῴαν βασιλείαν θεῷ."

Τούτοις ὁ Παλαμᾶς ἀχθόμενος καὶ ὑβριοπαθῶν ἀντελοι- 93
δόρει τε καὶ παρὰ φαῦλον ἐποιεῖτο καὶ αὐτὸ τῆς καθέδρας τὸ εὔσχημον, ὥσπερ ἔξω γενόμενος ἑαυτοῦ. ὅθεν δὴ καὶ συχνὰ περιέστρεφεν ὅλον ἑαυτὸν τῇδε κἀκεῖσε ἐφ' οὗπερ ἔτυχε τη- f. 151 r.
νικαῦτα δαπέδου καθήμενος, καὶ δυσκάθεκτός τις ἦν ὡς εἰπεῖν καὶ ἀκάθεκτος, καὶ μεμηνότων οὐδὲν διακείμενος ἄμεινον. ἦν γὰρ ἰδεῖν αὐτὸν ὥσπερ ἐκλαθόμενον ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ καιροῦ καὶ τῶν θεατῶν, καὶ συχνὰ μεταφέροντα ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τῶν ἱματίων τὰ κράσπεδα καὶ ἀναφέροντα καὶ καταφέροντα, καὶ πρός γε κνήμας τε γυμνοῦντα καὶ μηρούς, καὶ πως ἃ μὴ θέμις δείκνυσθαι θεατρικῶς οὑτωσὶ παραδεικνύντα, δήπουθεν ὁδοῦ πάρεργον εἰπεῖν, οὐ τὸν νοῦν ἐφι- 94
στάνθ', ὡς ἔοικεν, οὐδαμῇ τοῖς δρωμένοις. καὶ δύο κατὰ ταυτὸν ἐτολμᾶτο τἀνδρὶ τηνικαῦτα τὰ ἄτοπα, μήτε δεδιότι μήτ' αἰσχυνομένῳ· στόματι μὲν γὰρ πρὸς θεὸν βλασφημιῶν οὐδαμῇ ἐδεδίει, σχήματι δ' ἀσέμνῳ τοῦ μεμηνότος ἐκείνου χρώμενος ἤθους ἐπὶ τοσούτων ὀφθαλμῶν οὐδαμῇ γε ᾐσχύνετο. καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς Τροίας Ὀδυσσεὺς ἐκεῖνος πάλαι τὸν ἀκριτόμυθον τοῦ Ὁμήρου Θερσίτην χλευάζων ἠπείλησε δρᾶν, ἀποδύσειν εἵματα λέγω φίλα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει, τοῦτ' ἐκεῖνος καθ' ἑαυτοῦ δρῶν ἀτεχνῶς οὐκ ᾐσθάνετο. ταῦτα καὶ μὴ πάνυ γελασείοντα τὸν Γρηγορᾶν γελᾶσαι πεποίηκε, καὶ

reddet celeriter rex hic paternam ecclesiae gloriam deo, qui huic paternum dedit regnum.

His Palamas gravatus et valde affectus contra conviciabatur et parvi faciebat etiam ipsum sessionis decus, ut si apud se non esset; quamobrem etiam frequenter se totum vertit huc et illuc in solo, in quo tum maxime sedebat, et difficilis, ut ita dicam, et importunus erat quodammodo, neque melius dispositus quam furentes. poteras enim videre eum tanquam oblitum sui et temporum et spectatorum et huc illuc trahentem manibus vestimentorum limbos, et adducentem et deducentem et usque ad crura nudantem et femora et fere quae non decorum est ostendere mimico modo ostentantem obiter ut ita dicam, neque animum advertens qui erat eius mos ullo modo iis quae fiebant: et duo aeque tum audebat vir inepta neque timens neque verens; ore enim contra deum convicians nullo modo timore capiebatur: habitu autem inhonesto furentis illius uti moris coram oculis tot non verebatur. et quod ante Troiam Ulixes ille olim Homeri Thersiten garrulum deludens facturum se esse minatus est, exuturum nimirum vestimenta grata, quae membra pudenda

εἰρωνικόν τινά ὀφθαλμὸν αὐτῷ ἐπιῤῥίψαντα φάναι τοιαδί. 95 "ἐγὼ δέ σε τῆς ἀμαθίας καὶ ἀναιδείας οἰκτείρων, ἄνθρωπε, βούλομαι καὶ νῦν, ὁπόσα τὴν τῆς σοφιας φωνὴν διαιρεῖ σημαινόμενα, προθεὶς κατὰ τοὺς τῆς ἐπιστήμης διδάξαι λόγους, ὡς ἂν μάθῃς ἐντεῦθεν εἰς ὅσον ἐλαύνει κακίας βωμολοχεῖν καὶ διαβάλλειν ἀναίδην τὰς θείας γραφάς. ἀκολουθητέον οὖν ἡμῖν ἐστὶ τῇ τῶν θείων πατέρων κἀνταῦθα διδασκαλίᾳ. νοεῖται μὲν γὰρ ἡ σοφία διχῶς κατὰ τὸ κτιστὸν καὶ τὸ ἄκτιστον. καὶ κτιστὴ μὲν λέγεται σοφία ἥ τε ἐντεθειμένη πρὸς θεοῦ καὶ συναπειργασμένη τοῖς κτίσμασιν, ἵνα σοφά τε κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον φαίνηται πᾶσι καὶ ἅμα τοῦ πεποιηκότος ἄξια. καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ Δαβίδ τούς τε οὐρανοὺς τὴν τοῦ θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν φησὶν ἀλαλήτοις φω-
96 ναῖς, καὶ ἅμα πᾶσαν προτρέπεται κτίσιν εἰς ὕμνον θεοῦ, ὅση τῶν ἐμψύχων τε καὶ μή, καὶ ὅση τῶν αἰσθητικῶν καὶ μή. καὶ ἔτι ἣ τοῖς διδασκομένοις ἐντέχνως ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως. ἐν ᾗ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι ἔχοντας, δεκτικοὺς τῆς δημιουργοῦ τῶν ὅλων σοφίας ἡμᾶς οἱ θεῖοι πατέρες φάσκουσι γίνεσθαι τὸν ἑκάστοις ἐνόντα τρόπον. καὶ τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερὸν διὰ τῶν κτισμάτων. ἄκτιστος δὲ σοφία ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, δι' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα γέγονε. πλὴν οὐχὶ τούτῳ λόγος ἢ υἱὸς ᾧ καὶ σοφία.

velant, hoc ille se facere contra se omnino non animadvertebat. haec Gregoram quamvis omnino non ridere volentem ad ridendum adduxerunt, et ut oculum cavillantem in eum coniiciens haec diceret: equidem ignorantiam tuam et impudentiam miserans, amice, nunc quoque volo omnes quaecunque vocem sapientiae dividunt significationes proferens secundum scientiae rationem te docere: ut inde discas, in quantam pravitatem adigatur si quis nugatus pervertat impudenter scripturas divinas. sequendum igitur est nobis divinorum patrum hic quoque institutionem. intelligitur enim sapientia dupliciter secundum creatum et increatum, atque creata quidem dicitur sapientia ea, quae infusa est a deo simulque confecta creatis, ut sapientia illa secundum Athanasium magnum omnibus viderentur simulque creatore digna: secundum quam significationem etiam David coelos enarrare dei gloriam dicit mutis linguis. simulque omnia creata cohortatur ad deum celebrandum, quaecunque anima praedita et destituta, quaecunque sensu sunt praedita et destituta, et porro eos, qui docte instituuntur ex cognitione antea substante: in qua cum scientiam et intelligentiam habeamus testari nos sapientiam omnia creantem suo quemque insito more patres divini contendunt: ac quae in deo cognosci possunt clara sunt creatis: increata autem est sapientia, (filius et ratio dei), qua et in qua universa facta sunt. sed non est eidem

ἡ μὲν γὰρ υἱός καὶ λόγος φωνὴ μονότροπον ἔχει τὴν σημα- f. 151 v.
σίαν καὶ ἀναφορικὴν πρὸς τὸν πατέρα, ἡ δὲ τῆς σοφίας δι-
πλῆν. λέγεται μὲν γὰρ καὶ καθ' αὐτὸ σοφία καθολικωτέραν
ἔχον τὴν ἔννοιαν, ὅτε ταὐτὸν εἴη σαφῶς τῇ οὐσίᾳ καὶ τοῦτ'
εἴη τὸ εἶναι ταύτῃ ὃ τὸ σοφίαν εἶναι κατὰ τὸν τοῦ εἴδους
εἴτουν τὸν τῆς φύσεως καθολικώτερον λόγον, ὅτε σοφία κα-
λεῖται ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ὥσπερ καὶ οὐσία ἑκάτερα.
λέγεται δὲ σοφία καὶ ἡ ὑπόστασις ἐκ τοῦ καθολικωτέρου λαμ- 97
βάνουσα τοὔνομα, ὥσπερ καὶ ἄνθρωπόν φαμεν εἰδικῶς καὶ
καθόλου τὴν οὐσίαν καὶ φύσιν, εἴτουν καθ' αὐτὸ καὶ κυρίως
καὶ οὐδαμῇ πρὸς ἕτερον, ἔστι δ' ὅτε καὶ τήνδε τὴν ὑπόστα-
σιν, τὸν Πέτρον δηλαδή, τὸ εἰδικόν τε καὶ καθολικώτερον
ὄνομα εἰς τὸ προσωπικὸν καὶ ἰδιάζον μεταφέροντες. οὐ γὰρ
ἐστιν ἰδιώτατον περικλειόμενον ἡ σοφία τινί, οὐδ' ἀναφορι-
κὸν ὡς ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα καὶ ὁ λόγος πρὸς τὸν οὗ
λόγος ἐστὶ νοῦς· τὰ μὲν γὰρ οὐσιώδη καὶ φυσικὰ περιεκτι-
κώτερά εἰσι καὶ ἄφετον ἔχει τὴν ἔννοιαν, τὰ δ' ἀναφορικὰ
πρὸς ἄλληλά τε ἐστί, καὶ τῇ μεταξὺ συνδεόμενα σχέσει ἄφε-
τον ἔχειν οὐδαμῇ συγχωρεῖται τὴν σημασίαν. ὥσπερ οὖν
οὐσία ὁ πατήρ, οὐσία ὁ υἱός, οὐσία τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,
οὕτως ἄρα καὶ σοφία ὁ πατήρ, σοφία ὁ υἱός, σοφία τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὁμοῦ μία σοφία ὡς μία οὐσία, καὶ
οὐ τρεῖς σοφίαι ὥσπερ οὐδὲ τρεῖς οὐσίαι. ὅταν οὖν ὁ υἱὸς 98

semper ratio aut filius cui sapientia. vox enim filii et rationis simplicem habet significationem et ad patrem relatam: sapientiae autem vox duplicem. dicitur enim per se sapientia quod generaliorem habet notionem, ubi aperte idem est cum essentia: atque hoc idem fere est quod sapiens essentia secundum formae sive naturae rationem generaliorem, ubi sapientia vocatur pater et filius eodem modo quo etiam essentia utraque. dicitur autem sapientia etiam substantia, nomen accipens a genere: ut secundum formam et genus essentiam et naturam etiam hominem appellamus, sive per se et proprie, et nullo modo referentes ad aliud, interdum etiam certam hanc substantiam, Petrum nimirum, ita ut formae et generis nomen in certum et secretum transferamus. neque enim sapientia cum sit aliquid maxime secretum, circumclusum ulla re, neque referri debet ut filius ad patrem, et ratio ad id, cuius ratio est mens. essentialia enim et naturalia latius patent liberamque habent notionem: quae autem referuntur inter se et habitu mutuo coniuncta sunt neque ullo modo conceditur iis ut liberiorem habeant significationem: ut igitur pater est essentia, filius essentia, spiritus sanctus essentia, ita pater etiam sa-

λέγῃ "ἐγώ εἰμι ἡ σοφία," καὶ αὖ ὁ ἀπόστολος "Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία," ὡς ἐκ πατρὸς δυνάμεως ὄντος καὶ σοφίας νοεῖται, ὥσπερ φῶς ἐκ φωτὸς καὶ θεὸς ἐκ θεοῦ. ποῦ τοίνυν οὐκ ἂν ἀσεβείας ἐλαύνοι τὸν θεὸν ὑποκεῖσθαι λέγειν τῇ σοφίᾳ καθάπερ συμβεβηκότι, καὶ μὴ εἶναι μᾶλλον τὴν σοφίαν οὐσίαν, μηδὲ τὸν θεὸν εἶναι, ὥσπερ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, οὕτω καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, καθάπερ τὴν τεχνικὴν ταυτηνὶ σοφίαν ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, κανόσι καὶ νόμοις ἐπιστημονικοῖς ἀληθείας ἑπόμενος, λίαν ἀπαγορεύει καὶ ἀσεβείας ἀποκληροῖ θιασώταις, περὶ τὸν θεὸν εἶναι φάσκουσι τὴν σοφίαν ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν, καὶ
99 οὐδαμῇ γε σοφίαν αὐτόν. διπλῆς ἐνταῦθα τοιγαροῦν τῆς σοφίας οὔσης, τῆς μὲν δημιουργικῆς τε καὶ ἀρχικῆς καὶ ποιητικῆς τῆς δὲ δημιουργουμένης, καὶ τῆς μὲν σοφιζούσης τῆς δὲ σοφιζομένης, καὶ τῆς μὲν γεννωμένης τῆς δὲ ποιουμέ-
f. 152 r. νης, ἕπεται τῆς μὲν εἶναι γεννήτορα τὸν θεὸν καὶ πατέρα, τῆς δὲ ποιητὴν καὶ δημιουργόν, καὶ εἶναι διὰ ταῦτα καὶ τούτων τὴν μὲν οὐσίαν ἀΐδιόν τε καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀκίνητον (δεῖν γὰρ εἶναι παντάπασι τὴν τὰ πάντα πρώτως κινοῦσαν οὐσίαν ἀκίνητον καθ' αὑτό τε ἅμα καὶ κατὰ συμβεβηκός), τὴν δ' ἀεὶ τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν καὶ ἀεὶ κινουμένην κατὰ

pientia, filius sapientia, spiritus sanctus sapientia: simulque sapientia una, ut essentia una, neque vero sapientiae tres ut neque tres essentiae. cum igitur filius dicit: ego sum sapientia, et rursus apostolus: Christus dei potentia et dei sapientia, ut ex patre qui est potentia et sapientia, genitus cogitatur, ut lux e luce et deus e deo. quo igitur impietatis non procedat, si quis dicat, deum esse suppositum sapientiae tanquam accidenti, neque sapientiam esse potius essentiam: neque deum esse ut essentiam suam ita etiam sapientiam suam: sed in eo ut in supposito tanquam artificiosam istam sapientiam in animo humano hoc enim facere etiam magnus Athanasius regulas et leges philosophicas veritatis secutus valde vetat, et impietatis participes reddit sectam eorum secutos, qui in deo dicant esse sapientiam ut habitum accidentem et non accidentem, neque vero ipsum esse sapientiam. hic igitur cum sapientia sit duplex, altera creans et prima et faciens, altera creata, et itemque altera excogitans, altera excogitata, et item altera progenerans, altera effecta, sequitur ut illius quidem sit genitor et pater deus, huius autem artifex et creator, et ut propterea harum sit altera essentia sempiterna et immota et immutabilis, cum oporteat esse omnino essentiam quae universa primum moveat immotam et per se et per accidens, altera autem semper mutabilis et mobilis et semper mota secundum similes qui increationem et essentiam et ordinem fiunt proventus eorum quae

τὰς εἰς γένεσιν καὶ οὐσίωσιν καὶ τάξιν ἀναλόγους προόδους
τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ νῦν μὲν ἐξ ὡρισμένης μονάδος εἰς πλή-
θους ἀπειρίαν ἀνιοῦσαν ἀόριστον, νῦν δ' ἐξ ὡρισμένης ὁλό-
τητος κατ' ἀντιπαθόνθησιν πρὸς ἀπειρίαν κατιοῦσαν ἀόριστον.
γένους γάρ τινος ἐπέχειν καὶ ἰδέας τόπον καὶ τὴν τεχνικὴν
ταύτην σοφίαν ἔφασαν οἱ πάλαιοὶ φιλοσοφήσαντες καὶ θεο-
λογήσαντες. καὶ ὡς οὔτε τὸ γένος ἀπεῖναι δυνατὸν ὧν ἐστὶ 100
γένος εἰδῶν καὶ ἀτόμων, οὔτ' αὖ τὴν ἰδέαν οὖσαν οὐσίαν ὧν
ἐστὶν ἰδέα πραγμάτων, οὕτως οὐδὲ τὴν τεχνικὴν σοφίαν χω-
ρὶς εἶναι τῶν καθ' ἕκαστα ταύτης εἰδῶν καὶ ἀτόμων, οὐ
μᾶλλόν γ' ἂν ἢ τὰ ἐν σώμασι χρώματα, ἃ καὶ αὐτὰ μὴ εἶ-
ναί ποτε καθ' αὑτὰ ἴσμεν ἄνευ ὧν ἐστὶν ὑποκειμένων χρώ-
ματα. πᾶσαι τοίνυν ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι σοφαὶ τῆς τεχνικῆς
ταύτης σοφίας ἐξήρτηνται, καθάπερ διάφορα ῥίζης μιᾶς βλα-
στήματα. καὶ ἔστιν ὥσπερ τούτων ἁπάντων αἴτιος καὶ προα-
γωγεὺς ὁ θεός, οὕτω καὶ ταύτης ἀφ' ἧς ἐκεῖνα. διόπερ 101
ἐκεῖ μὲν ἡ σχετικὴ συνάφεια καὶ ἀναφορὰ χώραν ἔχει τὸ
οἰκεῖον ἀξίωμα παντάπασιν ἀκαπήλευτον διασώζειν, ἅτε ὄν-
των ὁμογενῶν ἀμφοῖν, τοῦ τε διαιρουμένου καὶ πρὸς ἃ
διαιρεῖται· ἐνταῦθα δὲ μέχρι μόνης ἐνάρθρου καὶ σημαντι-
κῆς φωνῆς αἱ τιατὰ οντα αὐτὰ πρὸς τὸν αὐτῶν αἴτιον καὶ
ποιητὴν τὴν ἀναφορὰν ἀπευθύνει. ὥστε διαβάλλειν μὲν ἥκι-
στα πάντων ἐστί, θαυμάζειν δ' οὖν ἄξιον μάλιστα πάντων
Μάξιμον ἐκεῖνον τὸν θεῖον τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον, κάλλι-

